12

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

COLVMELLA DE CVLTV ORTORVM INTERPRETE PIO BONONIENSI.

R. IN CHRISTO PATRI DOMINO BERNARDO RVBEO COMITI BERCETI, EPISCOPO TARVISINO, ROMANDIOLAE ET EXARCHATVS RAVENNAE AC BONONIAE ETC. VICELEGATO GVBERNATORI ET PRAESIDI. PIVS BONONIENSIS CLIENS.

c

VM eſſem in Syracuſano diuerſoriolo, Maxime ac ſapientiſſime Princeps, cuius frequenti ſeceſſu nō ſine Muſarū comitatu uti ſoleo, in hortuli noſtri areola, Columellæ Libellū prope aureolū de cultu hortorū, lectitabā, ut me Vates elegātiſſimus admoneret, ſi quid quadruis cōpitis herbarū deeſſet, quas ille deſcriberet, ego forte nō ſeuiſſem. Interlegēdū occurrere nō parū multa in Iunio noſtro nec ſatis aperta nec plana, ad quæ animū aliud agētē incurrere, ac offendere neceſſe ſit. Cōmodū cognominis admonitus mei, pium laborē aggreſſus ſum, auctorē uidelicet interpretādi nō ſatis obuiū, in quo neſcio quātū profecerim, Nū Amaltheā, ut aiūt, exorientē aſpexerim. Id tamē quātulūcūq; tibi imptimis dicādū curaui, quē in paradiſo palatino cōſpexi poſt curas ſerias, et Reip. Bononienſis feliciter tractata gubernacula, poſt ſtata myſteria, de uiuariis, pgulis, arbuſculis, herbulis, et reliquo hortenſi mūdo, cogitātē, exēplo quidē Ciceronis et Diocletiani ſapiētiſſimi, inuictiſſimiq; Imperatoris, qui pacatis oībus, Imperii ruina humeris Atlātæis ſuſtētata, hoſtibus Romani nois ſub iugū miſſis, reliquū æui inter hortulos et arbuſculas manu ſua ſatas, pacatiſſime trāſegit. Perinde tu Diocletiano, et cūctis priſcis heroibus auguſtior Pater ampliſſime, languēti, obrutæ, iacēti reipbulicæ Petri (auſu temerario, ac prope tragico præſide togatæ galliæ trucidato, paſſim bacchātibus monſtris horrēdis, fame, ſica, gladiorū licētia ac impunitate, ſeditionibus, furiis ac malis inteſtinis) humeros Herculeos obieciſti, ac fulminis inſtar cūcta domuiſti, ueniſti, uidiſti, uiciſti. Illuxiſti mox nobis ſole ſalubri, ac felici ſidere patriæ noſtræ Prolegatus, quā moribus cenſoriis atq; politicis hoc eſt tuis ornaſti, uiiſq; publice ſtratis, ex lutoſa ac inacceſſa, cultiſſimā reddidiſti. Inducto inſuper illimi et argēteo fonte, quo et ſumma iucunditas, et æterna eſt urbi ſalubritas inuecta. Quid Audientiam publicam recenſeam? in qua Artaxerxem, Philippum, Traianum, omneſq; principes, qui ſunt aut fuerūt, longe ſuperaſti, quotidie lucubrationibus uſus, ſemper pro pace, pro quiete, pro felicitate publica irrequietus. Nō horæ antelucanæ, nō pomeridianæ, nō lectulus diſcubitorius, nō cubiculū, uacāt his curis. Exemplo Catonis ubiq; audis, ubiq; reſpondes, Ore illo ſidereo, Alexādræo, Heroico, multo ſanguine, multo ſole, multo ſale perfuſo, quo nubila humani animi ſerenas. Proceritas illa ſucculēta te ſimul uerēdum ac uenerādū reddit, cū nobis coruſco ſidere pulchrior occurras principum omnium decoriſſimus. Qđ ſi unquam Princeps termaxime, Princeps optime, Princeps diuiniſſime, Fides, Cōtinētia, Fortitudo, Prudētia, Iuſtitia, Caſtitas, aius paci ac bello iuxta paratus, premiū meruere, et ſi Sāctiss. Pontifex Leo, ac Leonis aures et oculi Iulius Medices Semideus, Principūq; Princeps, liberalitati ac gratitudini ſuæ conſtare uoluerint, uideo te breui ī apoſtolico ſedere ſenatu. Interim Tu generoſiſſime ac magnificētiſſime Præſes tātū cordis ac animi librator, munuſculū noſtrū ilari fronte ſuſcipito, in quo cenſendū nil niſi dantis amor, Piumq; clientulū Rubeæ familiæ Italarum præclariſſimæ potētiſſimæq; dedicatiſſimum, Pio ſinu complectere. Vale.

INTERPRETATIO IOANNIS BAPTISTAE PII BONONIENSIS IN ORTVM POEMA COLVMELLAE PERGRAPHICVM.

PERAEPRETIVM uiſum eſt Commentarios ortorum aggredientē ſummatim prēlibare: quę Pliniana maieſtas ſuper ea re diſſeruit: cuius hęc uerba ſunt poſita libro undeuigeſimo naturalis hiſtorię. Antiquitas nihil prius mirata eſt q̄ et heſperidum ortos ac regum Adonis et Alcinoi: itemq̃ penſiles ſiue illos Semiramis: ſiue Aſſyrię Rex Cyrus fecerit. Romani quidem Reges ipſi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius nuntium illum ſeuum atq̃ ſanguinariū filio remiſit ex orto. In. xii. tabulis legum noſtrarum nuſq̄ nominatur uilla: ſemper in ſignificatione ea ortus: in orti uero hęrediū: quam rem comitata eſt et religio quędam: ortoſq̃ et fortes tantū cōtra inuidentiū faſcinationes dicari uidemus. In remedio ſatyrica ſigna q̄q̄ ortos tutelę Veneris aſſignante plauto. Iam quidē ortorū nomine in ipſa urbe delicias: agros: uillaſq̃ poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus ortorum magiſter: uſq̃ ad eum moris non fuerat in opidis haberi rura. Romę quidem per ſe ortus ager pauperis erat: ex orto plebi macellū. Hortorum Cato prędicat calentes. Orti maxime placebāt quia non egerēt igni: parcerentq̃ ligno. Expedita res et parata ſemper unde et acetaria appellabantur. Priſcū Epicurum gauiſum ortis indicat Papinius ita ſcribens. Mallet deſerto ſenior Gargetius orto. Subdit idem Plinius. Pars ortenſium ad cōdimenta pertinens fatetur domi uerſurā fieri ſolitā. Neue autoritatē rebus uilitas adimat cū prēſertim cognomina procerū inde nata uideamus: lactucinoſq̃ in Valeria familia non puduiſſe appellari. Cum Plinius ait antiquitatem miratam eſſe hortos Adonidis: ne intellige propter fructū. Sed propter inanem uoluptatem: qua oculos exculti arte fabertima paſcebant. Ex hac rē prādus. n. eſt publicus error illorū: qui prouerbialiter labores ſuos: aut generoſas meditationes: ortos uocant Adonidis. prēſertim cōfutante hęc prouerbiorum grēcorum auctore: apud quē ſic legitur. ἀκαρπότερος τ. ἀδώνιδος κήπων. Hoc eſt: fructuoſior ortis Adonidis. De his qui nihil generoſum faciunt. Meminit huius Plato in Phedro. Sunt autē orti Adonidis ſati in uaſis fictilibus. Sed an apud Plinū legendū ſit regum Adonis et Alcinoi: uel Adonis et regis Alcinoi non inutilis eſſet hęſitatio. quia ſciendū eſt in Diodori codice Syri non Cyri legi: ut hic uel ibi ſit error. Oratius ſecundo ſermonum nitorem hortum collaudauit cū ſic cecinit. Irriguo nihil eſt elutius orto. Gargilius Martialis autore Seruio poſt Virgiliū ortos ſcripſit. Hic fortaſſis eſt ille Martialis quem cocum uocant Leguleii. Plinius libro decimo nono inuocat Sabinum in libro Cepuricon hoc eſt ortenſium quo patet illum de ortis compoſuiſſe. κηπουρικὸν enim dicimus ortenſe hoc eſt quicquid ad ortos pertinet: unde emanat Cepuricos Apitii liber. κηπουρὸς ortulanus. κῆπος ortus. Huc lubentiſſime diuerti ut emēdarem carmen ex epigramatis grēcis εἰς ναοὺς hoc eſt in templa: quod eſt antipatri. κάπων τ' αἰώρημα. καὶ ἀελίοιο κολοσσὸν. καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον. hoc eſt hortorum eleuationē et ſolis coloſſum. et magnum pyramidum laborē. Sed legendum eſt κήπων. Nam orti penſiles: quos Semiramis ſiue rex Cyrus poſuit: inter miranda cenſebantur opera. Quidam tamen κάρων legere maiuult pro capitibus hoc eſt ſtatuis: quę in templis dicabantur. Homerus in Odyſſęa nō uitio dat curam terrę. ſed poſtponit regio faſtigio. Sicuti Diogenes magnus erat: Alexāder magnus: dixit enī Macedo. Si non eſſem Alexander: uellē eſſe Diogenes. Sed carmina Homeri ſi lecturires appoſui. ὦ γέρον οὐκ ἀδαμονίς ἔχει ἀμφιπολεύειν ὄρχατον.

ἀλλ' εὖ τοι κομιδὴ ἔχει οὐδέ τι πάμπαν
οὐ φυτὸν: οὐ συκῆ οὐκ ἄμπελος οὐ μὲν ἐλαίη
οὐκ ὄχνη οὐ πρασιή τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον
ἄλλο δέ τοι ἐρέω σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ.
Αὐτόν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει ἀλλ' ἅμα γῆρας
λυγρὸν ἔχεις αὐχμεῖς τε κακῶς καὶ ἀεικέα ἕσσαι.
Οὐ μὲν ἀεργίης γε ἄναξ ἕνεκ' οὔ σε κομίζει.
Οὐδέ τι τοι δούλειον ἐπιπρέπει εἰσοράασθαι
εἶδος καὶ μέγεθος. βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας.
τοιούτῳ δὲ ἔοικας ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε
εὑδέμεναι μαλακῶς ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.

Latina ſic fecimus. O uenerande ſenex tibi nō uiridaria circū Segnis cura manet. nulla arbor omiſſa colendo. Nō uitis: mollis ficus. ſilueſtris oliua. Non neglecta pirus: ſulco male frondet inerti. Pauca tamen: ſed nulla uelim te exulceret ira: Fas mihi ſit dixiſſe ſenex. nō cōſulis apte Nunc tibi. Tu in ſeniū tremulis declinior annis Veſte tegis uili tenuatū frigore corpus. Regalem ſola nō ſorde merebere laudē: Nec rex ſeruitio tātū te nutrit ut ęquū eſt: Lautus eris mage cui ſimilis: ſi mollitez eſſe Sentiets

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In tenero ſi ſternere mēbra cubili. Sic dulces cōſuere ſenes. Sic ſerior ętas. Nōne et Apollonius Rhodius dignatus ē olitorē? phytoſcaphon appellatū: quem comparatione herou̅ laborioſorū facit deſtari uētrē dū aſpicit manus ſibi callis obſitas? Laudes ortorū Virgilianis laudibus cludere melius erit. Inquit. n. ille in quodā epigrammate. Ortus ſalubres pręber corpori cibos: Varioſq cultus ſępe cultori refert: Holus ſuaue: multiplex herbę genus: Vuas nitentes: atq fœtus arborū. Nō deſit ortis et uoluptas maxuma: Multiſq commiſta modis iucūditas. et id genus reliqua: quę ſequuntur. Nunc ad inſtitutum noſtrum repedemus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE CVLTV ORTORVM CARMEN PRAEFATIO.

f OENORIS TVI SILVINE, Quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquā penſiunculam percipe. Nam ſuperioribus decem libris hac minus parte debitū, quod mature perſoluo reddiderā. Supereſt ergo cultus ortorum ſegnis ac neglectus quondā ueteribus

FOENORIS tui Siluine. Alloquę Siluinū Iunius: cui opus agriculturę ſuę dedicat: et peculiariter hoc metricū ortorum poema referēs ſe perſoluere ei quod ſpoſpōdit. oſtēdit q id nō ſegni et ſine puluere labore eſſe tractādū: tentandū q hoc imprimis cū nunc ciuibariis legibus cōtemptis gula dominet: cui ortus maxime uectigalis eſt: et pręcipue hāc curā ſummēdā docet pp plebeios: qui a cōuiuiis lautiſſimis diuitū: quę accēdūt rerū cęterarū annonā: ex poſſeſſione aliorū cibariorū extruſi neceſſario ad ortos cōuertuntur: qui ſoli eis a patritiorū delitiis relicti ſunt: quā ortenſem curā ait ſe aggredi uoluiſſe pedeſtri oratione. ſed expugnatū ut uerſu exequeret aſſidua Siluini poſtulatione. Deinde ſe hoc opus incohaſſe pudenter refert admonitū a poeta: qui talia poſt ſe aliis memorāda reliquit. Bono igit tanti uatis auſpicio poema elegātiſſimū exordit: Super hoc Siluino nihil uſpiā me legiſſe memini. De Siluino rhetore magiſtro Heliogabali meminit Lampridius trucidato: qui mox et ipſe ī latrina fuit occiſus. Foenoris. Ordo. Siluine percipe reliquā penſiūculā fœnoris tui: quod ſpopōderā tibi. Fœnus Siluini ē: quod ex ſorte conflat. perſtat. n. in metaphora illorū: qui fœneratori debēt: cui: ut ſortē poſſideāt: ſtato tpe portionem uſurę numerāt: perinde Columella Siluino debebat tredecim de re ruſ. libros: ſoluēs nūc unū. partē debiti ſoluit: quod tn̄ nō redigeī totius nois ſummā niſi totā ſortē abſoluto penitus opere perſoluerit. Fœnus dictū ē a fœtu. τόκον gręci uocāt: quoniā nūmus nūmū parit. Poſteriora Sidonius appellat. quoniā ex priore ſorte fit poſterior fœnerantius et adquiſitus nummus. Leges fœnebres in Liuio ſunt illę: quę fœneratores puniebāt. Fœnora nūc leges nō cohibēt. Iura tamē pontificia deteſtant fœneratorē et anathematizant hoc ē deuouēt: Innixa illi pręcepto diuinitus plato. Mutuū date nihil inde ſperātes. Interrogatus Cato: autore Cicerone: an fœnerare liceret? reſpondit. Quid hominem occidere? Catonis hęc aurea uerba ſemper in ore et in memoria ſunt habēda: quę poſita ſunt ī re ruſtica. Eſt interdū pręſtare mercaturis rē quęrere: ni tam periculoſum ſit: et itē fœnerari: ſi tā honeſtū ſit. Maiores. n. noſtri hoc ſic habuere et ita in legibus poſuere: furē dupli cōdemnari: fœneratorē quadrupli. Quāto peiorē ciuē exiſtimarint fœneratorē q furē: hinc licet exſtimare. Aduertēdū tamē eſt nō ſemper duplione taxari furē: ſed et quadrupli: ſi furtū manifeſtariū fuerit. Iuſtinianus decreuit ut Illuſtres aut his maiores trientibus eſſent cōtenti: negociatores: opificeſq beſſibus: qui traiectitiū et nauticū fœnus agitarēt: aſſibus hoc ē cēteſimis. Reliq ſemiſſibus ciuilib' uidelicet et modicis. Furta apud Lacones erat cōceſſa: ut uigilātius et acrius quiſq rebus ſuis excubaret. Quod. Fœnus.

Stipulāti: petēti mecū per aſſenſum agēti. Scribit Vlpianus iuriſperitus digeſtis de uerborū obligatione ſtipulationē eſſe uerborū cōceptionē: quibus is q interrogat daturū facturū' ue ſe id quod interrogatus ē reſpōdet. Stipulationū inquit Pomponius iurecōſultus alię iudiciales ſunt: alię prętorię: alię cōuētionales: alię cōmunes tā prętorię q iudiciales. Penſiūculā. Portiūculā fœnuſculi ſummę tibi promiſſę. Nā ſuperioribus. Senſus. cū ante in pręcedētibus meis decē operibus ſatis pro tēpore feciſſem: tamen fides nō penitus intemerata ſoluebat. niſi et hoc opuſculū adcudiſſem cęteris. Nā qui ceſſat in parte: ceſſat in toto. Et qui minus ſoluit: nō iuridice ſoluit. Libris. Dictio: quę ad ſummam nūmariā trahi pōt et ad uolumina. Hac parte. Deerat enim hęc pars. i. hic undecimus liber.

Mature. Tempeſtiue: tempori. Maturari dicit quod neq celeriter fit neq ſero. ſed ſeruato temperamento: quod docuit Maro in georgicis. Multa forent quę mox cœlo properanda ſereno Maturare datur. Oppoſuit enim maturare huic uerbo properare. Tracta ē hęc dictio a pomis maturis quę temperamento ſpectant. Aliquando maturare accelerare dicit pręſertim Saluſtio: cui Plautus cōcinit in Auſularia. In herum matura in ſe ſera cōdecet capeſſere. Duplex huius uerbi ſignificatio oſtēdit ab eodē Plauto. niſi mature parſit: mature eſurit. Supeſt. Reliquū ē quod explicari cōuenit. Segnis. Inquil

tus:incuratus. Segnē ꝓprie loquēdo torpore correptū dicim᷑ quaſi ſine igne uel ſeorſum ab igne. Autor Donatus. Agricolis. Ab agricolis antiquis. Priſci.n.agricolę ortū negligebāt:cauſam mox indicabit. Deeſt aliquādo prępoſitio cū uenuſtate. Vel in primis. Pręcipue. Epigrāmatiſta. Virgiliūq; tibi uel tua rura dabūt. Scatet Plinius hac figura loquēdi. Celeberrimus. Exqſita ptractatus. Siquidē. Refert cām cur apud priſcos agri ſegnes erāt.qm̄ inqt cū oēs frugaliſſimi exiſterēt nō abligurriebāt diuitesq tn̄ rari erant oia: ſed reliquebāt ptē ſuā pauperib᷑ ex reliquo cibatu. Frugalitas. cōtinētia. abſtinētia.pcitas. inde deriuatur frugi pro continente. Martialis. Tam frugi Iuno uellet habere Iouē. Eſt.n.monoptoton hoc eſt unicaſuale frugi. Obiter cohibendi ſunt Seruiomaſtiges autumātes Seruium hallucinatū cum ſpōte dixit eſſe ſextū caſū uel hoc docēte Auſonio in recto ſpōs reperiri. Sic enim cecinit Auſonius in monoſyllabis. Spōte ablatiui caſus quis rectus erit᷑ſpōs. Et ſine tanti poetę teſtimonio cōpeſci potuiſſent cū Maro ſpōte ſua dixerit Epitheta.n.aduerbiis nō accidūt. Frugale adhuc non reperi: quo tamē uerbo grāmatiſtę neoteri ſcatēt. Tamē. Scribēdū tū ꝑ

agricolis, nunc uel celeberrimus. Si quidem cū parcior apud priſcos eſſet frugalitas, largior tamen pauperibus fuit uſus epularū, lactis copia, ferinaq; ac domeſticarū pecudum carne, uelut aqua frumentoq; ſūmis atq; humillimis uictum tolerantibus. Mox cū ſequens et præcipue noſtra ætas dapibus libidinoſis precia cōſtituerit Cœnæq; non naturalibus deſideriis, ſed cenſibus æſtimentur. Plebeia paupertas ſummota precioſioribus cibis ad uulgares compellitur. Quare cultus hortorum, quoniam et fructus magis in uſu eſt, diligentius nobis q̄ tradiderunt maiores, præcipiendus eſt. Iſq; ſicut inſtitueram proſa oratione prioribus ſubnecteretur exordiis, niſi propoſitū expugnaſſet frequēs poſtulatio tua,

tūc.cū largior eſſet oium rerū et facilior annona. Sūmis.optimatibus et potētioribus.ordo: tn̄ largior pauperibus fuit uſus epularū cū parcior apud priſcos eſſet frugalitas uelut ſūmis atq; humillimis tolerātibus uictū lactis copia ferina et pecudū carne. Humillimis. pauperioribus et tenuioribus hominibus qui humiles ꝓprie dicunt᷑. Victū.uitā. Lactis copia.tali uictu galactopotę uiuūt. Ferina.uenatica.uenatione quęſita. Frumēto.pane.hoc eſt priſci Romani aqua in potu in cibo frumentario pane tantum uiuebant.ſi modo illis aliquid lautius obueniebat:carnem uenaticā apponebāt aut domeſticarum pecudū. Sequens.illa minus guloſa.ſed tamen a priſca ſimplicitate deſciſcens.

Aetas.a dictione gręca αἰῶν uenit ut coniecto. Dapibus.in recto dapes recētiores debent.priſci daps malluerūt.inde apud Catonē in re ruſtica daps profanata. Pretia.ne ſine ingētiſſimo pretio uenirēt quoniā autore Satyrographo.Magis illa iuuant quę pluris emuntur. Libidinoſis.quę libidine hoc eſt irregulari affectu emuntur. Sic enim antiqui libidinem dixerunt. Hoc loquēdi colore uſus eſt Satyrus. Tantaq; libidine uulgi audit᷑ libido Annibalis in equis et armis a Saluſtio dicta ſi memoria fideli utor. Vel libidinoſas dapes appellat:quę libidinē incitant. Naturalibus deſideriis.ad explēdū naturale deſiderium:quę eſt fames. Nā autore Boethio paucis minimiſq; natura contenta ē. Non ab re igit᷑ libro quarto Lucanus exclamat O prodiga rerū luxuries nunq̄ paruo cōtēta paratu et quęſitorū terra pelagoq; ciborū Ambitioſa fames:et lautę gloria menſę Diſcite q̄ paruo liceat producere uitam: Et q̄tū natura petat. Nō erigit ęgros Nobilis ignoto diffuſus cōſule Bacchus. Nō auro myrraq; bibūt ſed gurgite puro Vita redit:ſatis eſt populis fluuiuſq; Cereſq;. Cenſibus.emunt᷑ cenſu et patrimonio. Iuxta illud ſatyri una comedūt patrimonia cęna. Melius tamen dicuntur cęnę ęſtimari cenſibus quando pro cenſu et patrimonio quiſq; cęnat non aūt pro fame.ille lautius cęnat:qui plura habet in bonis:q̄ qui acrius fameſcit. Cenſum quis ignorat pro patrimonio poni.hinc manauit illud ouidianū. Dat cenſus honores:cenſus amicitias.pauper ubiq; iacet.cenſebatur enim antiquitus cuiuſcunq; patrimoniū a cēſoribus:de qbus plura leges in Plautinis cōmētariis. Aeſtiment᷑.emant᷑.qcqd.n. emit᷑ ęſtimatū emit᷑ et iudicatū. Sūmota.excluſa. Cibis.a cibis. Vulgares.cōes hoc ē uiliores quales ſunt ortēſes. Compellit᷑.cū illi deſit quod diuitibus ſupereſt hoc eſt ſenſus. Nō deſinūt Plinius et Iuuenalis cōqu ęri aliam aquā potare plebē:et omniū rerum facta eſſe diſcrimina. Fructus. qui percipitur ex orto. Magis in uſu.quoniam hoc tātum ſeruit popello a delicatioribus cibis excluſo. Proſa.malluit Apuleius prorſa dicere:ut uorſa:cuius uerba ſunt hęc libro quarto floridorum. nec ingratus antiſtes:ac iā et prorſa et uorſa facūdia ueneratus ſum. Sicut iſtituerā. Decreuerat.n. Columella et hoc opus cū cęteris pedeſtri curſu cōponere.ſed interpellatio Siluini elicuit uerſu canerei. Subnecteret᷑. Cōiūgeret᷑. Exordiis. Exorſis uoluminibus nōdū tamē abſolutis: cū Cęſare Columella nil actū credēs cū qd ſupſſet agēdū. Propoſitū. Intētionē meā. Expugnaſſet. Extorſiſſet. per uim coegiſſet propoſitū meū mutare. propoſitū enim poetę fuit nō carmine. ſed prorſa ſcribe

quæ peruicit, ut poeticis numeris explerē georgici car/
minis omiſſas partis, quas tamen ut ipſe Virgilius ſigni
ficauerat, poſt ſe memorādū reliquit. Neq; enim aliter
iſtud nobis fuerat audendum, q̄ ex uoluntate uatis ma
xime uenerandi, cuius quaſi numine inſtigante, pigre
ſine dubio propter difficultatem operis, uerumtamen
non ſine ſpe proſperi ſucceſſus aggreſſi ſumus tenuem
admodum et pene uiduatam corpore materiā, quæ tā
exilis eſt, ut in cōſumatione quidem totius operis an/
numerari uelut particula poſſit laboris noſtri, p ſe uero
et quaſi ſuis finibus terminata nullo modo SPECioſe
confici. Nam et multa ſunt eius quaſi membra, de qui/
bus aliquid poſſumus effari, tamē eadē tā exigua ſunt,
quod aiunt græci. ut ex incomprehenſibili paruitate
AREnæ finis effici non poſſit. Quare quicquid eſt
iſtud, quod elucubrauimus, adeo ꝓpriā ſibi laudē nō
uindicat, ut boni cōſulat. Si nō ſit decori prius editis a
me ſcriptorum monumētis. Sed iā præfari deſinamus.

re. Peruicit. Perſtando ſuperauit obſtinationē meam. Numeris. Rhythmis et pedibus. ut illud
Virgilaniū. Numeros memini ſi uerba tenerē quare numeroſus uocatus ē Oratius ab Ouidio. De/
tinuit noſtras numeroſus Oratius aures Dum ferit aonia carmina culta lyra. Scimus enim multifa/
ria carmina Flaccū cudiſſe. Explerē. Abſoluerē. Explet. n. id cui aliqd deeſt. Omiſſas partes. In
georgico opere ſūt omiſſę partes ortēſes: quę Maro anguſtia materię coactus ē relinquere cū ex ꝓfeſſo
ad id genus ſcriptionis ſe lubentiſ
ſime conuertiſſet. Quas memo
rādū. Priſci codices habent. quę
memoranda. aliquando ſane rela/
tiuū ſpectat ſequētia: nō antecedē
tia. ut in Saluſtio. Locus ē in car/
cere quod Tullianū uocāt. Si ue/
ro quas legere mauis: refer ad par
tes. Memoranda. Inferius Co
lumella. Virgilius nobis poſt ſe
memorāda reliqt. Neq;. n. ali
ter. ſenſus nō aliter ego hoc opus
aggrederer niſi iubēte poeta Vir/
gilio. mallo. n. ex iuſſu hoc tētaſſe
q̄ ex audacia. Iuſſit nāq; Maro po
ſteris hoc tētarēt cum ait. Spatiis
excluſus iniqs prętereo atq; aliis
poſt me memoranda relinquo. q̄/
uis Seruius ad Gargilium Mar/
tialē refert. Audēdū. Fuiſſet. n.
audacia falcem ſupponere Virgi/
lianę meſſi niſi iuſſiſſet Maro. Va
tis. poetę. cū uates ſignificat poetā
a uiendis hoc eſt flectēdis carmini
bus appellat. cum ſignificat Ora
culorum ſciū a ui mētis dicitur.
Numine. Vtpote qui diuinauit
de me. quēadmodū dicebat Pale/
mon Vicētinus de ſe diu diuinaſſe cū inquit. Venit ecce Palemon. Inſtigante. ſtimulāte me ad hoc
opus aggrediendum. Pigre. tarde aggreſſi ſumus hoc opus propter eiuſdē difficultatē. Succeſſus.
Quod habebit lętū ſucceſſum: et fortunā ſecūdā. Tenuē materiā. Eſt. n. tenuis materia de ortis: re
nidelicet lenicula ſcribere. Admodum. Valde. Viduatam corpore. Sine pondere: ſucco: funda/
mento. Dicitur res eſſe ſine corpore: quando umbratica eſt: leuis: momentanea. nihil ſtabilitatis ha/
bēs. Simile eſt illud Cęſarianū in Trāquillo. Rēpublicā eſſe rē uanā et inanē: ſine corpore et ſangui
ne. Quę. Materia. Exilis. Exſucca: momētanea. Cōſumatione. Abſolutione: pfectione. Sen
ſus. Materia ortorū adeo ē exilis: ut cū erit cōſumatū et abſolutū opus noſtrū poſſit particula mei la/
boris appellari. Totius operis. Cū totū opus abſoluero. Laboris noſtri. Exhauſti et cōſumpti in
hoc agriculturę ſtadio. Per ſe uero. Hic eſt ſenſus. ſi ſummat in manus ſolus hic libellus extractus
et diuiſus ab aliis: nō ualde delectabit tenebitq; lectores. Suis finibus terminata. ſi ſuos fines et ter
minos aſpexeris. Nā ſi cū cęteris ſpectet hic ortus collatione cęterorū placere poteſt: ſi ſolus minime.
Nullo modo. nullatenus. Specioſe. Grate: amœne: oblectatorie. Cōfici. Scribo cōſpici ex fi
delibus exemplaribus et expone ſpectari: legi: in admiratione eſſe. Nā et multa. docet hanc de orto
lucubrationē haberet quidē multa diuerticula: per quę mēbratim poeta decurrere pōt. ſed ea tā paruæ
tā puſilla: tā inania ut infinitā quādā efficiāt ſoritā et cumulū adeo minutū ut finē metā ue nullā ha/
beat. ſed i ifinitū ꝓcedat. Mēbra. Partes poematis de orto. Effari. dicere ſiue paruitatis excuſatione.
Quod aiūt gręci. Vt prouerbiū gręcū eſt. Incōprehenſibili. nō numerabili. Iuxta illud Virgilianū
neq;. n. numero cōprehēdere fas ē. Quē q ſcire uelit: libyci uelit ęquoris idē Diſcere q̄ multę zephy/
ro turbent arenę. Arenę finis. nū q̄ arenā minutiſſimū puluerē adeo numerare iuſtas ut numero cō
prehēdere queas. in imēſum. n. abit. Innuit hoc ꝓuerbiū gręcū ut cōiicio. ἄμμον μετρεῖν. ἐπὶ τῶν
ἀδυνάτων καὶ ἀνεφίκτων. hoc eſt arenā menſurare. de impoſſibilibus et incomprehēſibilibus qui/
dā legūt arenę funis quoniā gręcū prouerbiū ſit ἄμμου σχοῖνιον ſed niſi urgente neceſſitate nō audē/
dū in codices. Quare. colligit. cū O ſiluine hoc opuſculū: hic libellus meus ſit tātillus: nō ex eo pe
to laudē: di faxint modo ne ſit dedecori cęteris meis de agricultura monimētis. Quid quid ē. Mini/
mū. n. qd eſt. Elucubrauimus. uigilādo meditati ſumus. Elucubrare ſignificat uti peruigilio et ad
lucernā meditari; unde lucubrationes tituli librorū fuerūt operū. dicimus lucubrare et elucubrare in/

diſcriminatim. Noctiſurgiũ uocauarũt antiqui tp̄s quo appetẽte eoo crepuſculo euigilabãt. Oratiões Demoſthenicę dicunť a doctis oleũ ſapere: qui orator iterrogatus unde eloquẽtiã detorſiſſet plus uino iufundẽs oleũ reſpondit. Ariſtotelicũ pręceptũ eſt et ad ſalubritatẽ corporis et ad philoſophiã et œconomicã expedire ante lucẽ ſurgere. ideo. Q̃d a me emanauit. Nõ uindicat. Minima. n. ſeu potius nulla quã ſibi uindicare poſſuut. Vt. Dũ mõ. uõ ſolũ laudẽ nõ uindicat. ſed boni cõſulãt lectores rogat. Boni cõſulat. In bonã partẽ accipiat: nõ parũ pfeciſſe uideať. Poeta iu oſceno carmine. Conſule miſſa boni.

EIVSDEM IO. BAPTISTAE PII ENARRATIO IN ORTVM COLVMELLAE

PHineus Agenorides ille: Iouis ira luce priuatus: hoibus nõ oia ſcire cõtigiſſe refert apud Rhodiũ Apolloniũ libro Argonauticon ſecũdo. Di. n. cẽſereuť ſupuacui ſi mortales oium capaces eſſent. Sic. n. apud Apolloniũ Phineus. ὧδε γὰρ αὐτὸς βούλεται ἀνθρώποις ἐπιδευέα κέσφατα φαίνειν μαντοσύνης. ἵνα καὶ τι χατέωσι νόοιο. Caliginẽ mortales uiſus hebetare docet Maro: uõ deſinit ſcriptorũ circũſpectiſſimus Columella diſcrere ſapiẽtes q ſũt habiti eos nõ oia ſciſſe ſed plura. Quod cũ ita ſe habeat admirari demẽtis ẽ mẽtis: interpretẽ: qui ante nos Columellã interpretari molitus ẽ: in plurimis titubaſſe: noſtręq curioſitati locum reliquiſſe: ubi ſe noſter labor exercere poſſet: Qui Pomponio aſcribũt inſignite tanti uiri manibus iniuriã infligunt. Ego omnia quę ab eruditione diſcrepãt: Pomponio minime ad ſcribẽda iudico. Sed de hoc ſatis. Candidi lectores uiderint: et cuicũq iudicium ſit integrum: ut liberum.

Rtorum quoq te cultus Siluine docebo.
o Atq ea quæ quondã ſpatiis excluſus iniquis
Quũ caneret lætas ſegetes et munera bacchi
Et te magna pales, nec non cœleſtia mella
Virgilius nobis poſt ſe memoranda reliquit.

ORTORVM. Multi ut naturas herbarũ libere ocioſeq cõtẽplarenť ortos domeſticos habuerũt. Tradit Plinius libro. xxv. na. hi. Plurimarum ſibi herbarũ notitiã cõtigiſſe: illaſq contemplatum eſſe ſciẽtia Antoni Caſtoris: cui ſumma auctoritas erat in ea arte ſuo ęuo. Viſendo ortulo eius: in quo plurimas alebat cẽteſimũ ętatis anuũ excedẽs nullũ corporis malũ expertus: ac ne ętate qdẽ memoria aut uigore cõcuſſis. Adeo durat autoritas herbarũ ut Tillon herba uitę reſtitutus a morte dicať. Quoq te. Quem cum cętera ad agriculturã pertinẽtia docuerim: docebo tamẽ et hęc ad ortos facientia. Cultus. Quomodo colanť orti. Atq ea. Et docebo te ea quę Virgilius ĩ Georgico carmine reliquit poſt ſe memorãda. Quondã. Cũ exequereť quartũ librũ georgici operis. Excluſus. Coactus omittere hãc narrationẽ. Maro libro. iiii. Georgicon. Atq equidẽ extremo ni iã ſub fine laborũ Vela trahã: et terris feſtinẽ aduertere prorã Forſitã et pingues ortos quę cura colẽdi ornaret canerẽ: biferiq roſaria peſti. Iniquis. Anguſtis iterpretať Seruius. Vt. Spatioq ſubit ſergeſtus iniquo. ex Virgilio iſtęc ſumpta. Verũ hęc ipſe equidẽ ſpatiis excluſus iniquis pręterco atq aliis poſt cõmemorãda relinquo. Lętas. Vberes: abũdãtes. imitatio Virgiliana p hoc librũ. i. itelligit georgicorũ. Segetes. Terras a ſatu dictas. Terra quę ſationi ẽ parata uocať ſeges. pręterea ſegetẽ a ſecãdo meſſem dicimus. Vt apud Tibullũ. Meſſor Odoratę diues arabs ſegetis. In priori ſignificãtia inuenit apud Virgiliũ iu georgicis ita loquẽtẽ. Illa ſeges demũ uotis reſpoudet auari Agricolę quę bis ſolem: bis frigora ſentit. Muuera Bacchi. Vites quas Dionyſius reperit et douo mortalibus dedit. per hoc itelligit librũ ſecũdũ georgicon pp illa uirgiliana carmina. Hactenus aruorũ cultus: et ſidera cœli: nunc te Bacche canã. Pales. Intelligit tertiũ librũ georgicon: iu quod agiť de paſcuis dicatis pali et cõſequẽter de armentis. de hac dictũ eſt a Tibullo. Et placidã niueo lacte piare palen. Parilia immutata una litera uocabanť ſolẽnia dicata pali: unde paliliciũ ſidus ẽ appellatũ. Palilia dies natalis ẽ urbis Romę. erãt hęc ſacra Aprilis luce uigeſima: quibus mos erat accendere fœni manipulos: qui a paſtoribus trãſiliebanť. Ouidius. Moxq per ardẽtes ſtipulę crepitãtis aceruos Trãſiliat celeri ſtrenua tuiba pede. Propertius libro. iiii. elegiacon. Annuaq accẽſo celebrare palilia fœno Qualia nũc curuo luſtra uonanť equo. Cœleſtia mella. Cur mella cœleſtia dicunť docet his uerbis Plinius. Venit. Hoc ex aere et maxime ſiderũ exortu: pcipueq ĩ ipſo Sirio explẽdẽte fit: nec oio prius uergiliarũ exortu ſublucanis tẽporibus. Itaq cũ prima aurora folia arborũ melle roſcida iueniunť. Ac ſi q matutino ſub diuo fuere: unctas liquore ueſtes: capillũq cõcretũ ſentiũt. Siue eſt ille cœli ſudor: ſiue quędã ſiderũ ſaliua ſiue purgãtis ſe aeris ſuccus: ſiue aquę eſt et purus ac liquidus et ſuę naturę qualis defluit primo. Nũc uero e tãta cadens altitudine: multũq dũ uenit ſordeſcẽs et obuio terrę halitu infectus: pręterea a fronde ac pabulis potus: et in uterculos cõgeſtus apũ (ore. n. eũ uomũt) ad hęc ſucco florũ corruptus et alueis maceratus: totieſq mutatus: magnã tamẽ cœleſtis naturę uoluptatem affert: ab illa igitur natura cœleſti: cœleſtia mella dicuntur.

Nobis reliq. Reliqſſe uiſus ẽ numine poetę Columellã ad hoc inſtigãte. Poſt ſe. poſteris poetis.

Principio. Aggredit̃ narrationē ortorũ. ante oĩa iugt locus eligat̃ orto pinguis. Sedē. Locũ. areã. Numeroſo. nõ innumeris herbis abũdãte ſed numeroſo interpretor innumero multiplici: qui non ſit et anguſtus et paruus. Putres. Reſolutas: maceratas fimo. Virg. Tunc te quoq; medica putres accipiũt ſulci. Reſoluta terga. Planitiem nõ duram: non coactam terrę ſtipicę et glareoſę ſeu carioſę. quę deteſtabilis eſt. ſed ex pinguedine faciliter reſoluit̃ et friat̃. Cato calentes ortos laudauit. Qui. Ortus.

Principio ſedem numeroſo præbeat horto
Pinguis ager, putres glebas reſolutaq; terga
Qui gerit, et foſſus gracilis imitatur arenas.
Atq; habilis natura ſoli, quæ gramine læto
Parturit, et rutilas ebuli creat uuida baccas.
Nam neq; ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querulæ ſemper conuicia ranæ.
Tum quæ ſponte ſua frondoſas educat ulmos
Palmitibuſq; feris lætatur et aſpera ſiluis
Achrados, aut pruni lapidoſis obruta pomis
Gaudet, et iniuſſi conſternitur ubere mali.
Sed negat helleboros, et noxia galbana ſucco,

Gerit. habet. Foſſus. Quãdo pfoſſus eſt ligone ortus. Arenas. Ita minutatim paruis grummulis reſoluit̃ut ſũt paruuli arenę puluilli. Habilis. Apta ad ortẽſia ſemina recipienda: neq;. n. autore Virgilio: terrę ferre oẽs omnia poſſunt. Soli. Solidę terrę. Gramine lęto. Scribo gramina lęta. Herbas hilares: non languidas: non exuſtas. Parturit. Simpliciter poſitum pro parit. Alias ut lecturit: eſurit et huiuſmodi reliqua ſignificat conatum quẽdam oſtẽtare. Quod Liuius ſic loquẽs oſtendit. Et quod animus ueſter iam pridem parturit: id tandẽ pariat. Rutilas. Rubentes: et flauentes. hoc epitetho ſol appellat̃. Eſt aliquando nomen hoc attributum matronis. Nam illę rutilię uocabantur. Audi Pompeiũ. Rutilum Roſum ſignificat: cuius coloris ſtudioſę etiam antiquę mulieres fuerunt: unde et Rutilię dictę ſunt. Rufuli appellabant̃ tribuni militũ a conſule facti: non a populo: de quorum iure quod Rutilius Rufus legem tulerit rufuli ac poſt Rutuli ſunt appellati. de rutilis canibus quę caniculę immolabãtur alias dicam. Vuida. Senſus. Illa terra: quę uuida exiſtens creat baccas rutilas ebuli: orto eſt accommoda. Vuidum uocat̃ id qood intra humorem habet. humidum quod extra. Hinc Plautus in Rudẽte. Vuida ueſte ſumus ambę. Maro in Buccolico ludicro. Vuidus hyberna uenit de glande Menalchas. Deductũ ẽ hoc nomen ab uua: quę interiorẽ humorẽ habet. Creat. Parit. a carne uerbũ grãmatici deducunt. Baccas. Grana: et pilulas. Baccę ſunt fructus arborũ racemos ferentiũ. Bacca enim proprie eſt oliuę: Lauri et id genus reliquorum. Hinc a ſimilitudine gemmę baccę uocantur: unde Virgilio baccatum monile. Ebuli. Inter ſigna opimę terrę numeratur Ebulus fructex: ferens baccas: de quo Vergilius in Buccolico ludicro. Sanguineis ebuli baccis minioq; rubentem. Bononiẽſes lingua uernacula Ebium dicunt. Nam neq;. Perſtat in eodem docens quę tellus ſedi hortẽſi ſit accõmoda. Siccã improbat et limoſam cubile ranarũ. Sicca. Repete natura ſoli. Stagnata. Obducta ſtagno hoc eſt aqua nõ labenti. Conuitia. Ronchos et ululatus. Sed cur ranarũ conuitia dicat quęrendum uideo. Sic ſentio ranarum dici conuitia ab hac cauſa. Nam: ut Ouidius ait. Ceres cum Proſerpinam quęreret ad releuandam ſitim acceſſit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii ruſtici a potu prohibere ceperunt: et conturbantes pedibus fontem: cum contra eam mitterent turpem naribus ſonum: illa irata eos conuertit in ranas: quę nunc quoq; ad illius ſoni imitationem coaxant. Hinc quidam putant Virgilium libro primo Georgicon cecinisse. Et ueterem in limo ranę cecinere quęrelam. Ranę cum incobantur nullam habent ranarum effigiem. Sed in gyrum caput habent circũactum: et caudã porrectam mobilem. Tunc gyrinę et gyrini dicuntur. Hinc prouerbium Platonicum manauit. Non plus ſapit q̃ rana girina. Tum. Prętere illa eſt habilis ſedi ortẽſi: quę ulmos educat. Quę. Subintellige habilis eſt. Sponte ſua. Nemine ſerente. Palmitibus. Labruſca uite. proprie namq; loquendo palmes eſt uitiligineus. Feris. Vitis agreſtis. Aſpera. Illa terra quę ẽ aſpera: hoc eſt educat aſperas arbuſculas et immites. Siluis. Multitudine. unde ſilua comę Iuuenali. Acrados. Legendum eſt achrados: qua dictione pirus ſilueſtris gręce ſignificatur. Lapidoſis. Duris ex Virgilio: qui corna lapidoſa uocat. His uerbis. lapidoſa rubeſcere corna Pomis. Fructibus. generalis eſt dictio. Obruta. Oppleta. Gaudet. Abundat. Dat ſenſum poetice rei ſenſu carenti. Iniuſſi. Sponte geniti: nullo humano labore. Ex Virgilio. Iniuſſa uireſcunt gramina. Quę utilitati noſtrę cõpetunt iuſſa naſcũtur. Iniuſſa quę nullo ſunt nobis emolumento. Iniuſſi legatur ſi refertur ad fructũ: iniuſſę ſi ad arborem. Vbere. Vbertate: copia. ubi mala multa naſcuntur: ſilueſtria neſcio an domeſtica intelligat: locus ille orto eſt accõmodus. de ſilueſtribus tamen melius intelliges. quoniam pirum agreſtem prępoſuit. Sed negat. Senſus eſt illa terra quę parandis et gignendis oleribus eſt apta: non gignit belleborum: galbaneum: nec taxũ arborẽ uenenatam. Negat. Gignere detractat.

Helleboros. Herbã uiroſam cui nomen gręce belleboro: latine ueratro. Duo ſunt bellebori gene/

ra nigrum et candidum. a melampode melampodion appellatum. Aliqui paſtorem eodē nomine inue niſſe tradunt: capras purgari paſtore illo animaduertente: datoqꝫ lacte earum ſanaſſe Prętidas furētes. Tempeſtiuum eſſe tradunt meſſibus. Plurimum naſcitur in Oeta monte. Et optimū uno eius loco circa pyram. Nigrum ubiqꝫ prouenit. ſed melius in Helicone: qui mons et aliis laudatur herbis. Candidum probatur octeum. Secundū Ponticum. Tertio loco Heleaticū. Quartum Parnaſium.

Nec patitur taxos, nec ſtrenua toxica ſudat.
Quamuis ſemihominis ueſano gramine fœta
Mandragoræ, pariat flores, mœſtamqꝫ cicutam

Nigrum ex bis Melampodion uocant: quo et domos ſuffiunt purgātqꝫ aſpergentes ſe et pecora. Nigrum alii Euchymon uocāt. Alii Polyrbyzon. purgat per inferna. Candidum aūt uomitione: cauſaſqꝫ morborum extrahit. quondam terribile. Poſtea tam promiſcuū ut pleriqꝫ ſtudiorū gratia ad prouidenda acrius quę comm entabant ſępius ſumptitauerint. ut Carneades reſponſurus Zenonis libris. Druſum tribunorū popularium clariſſimum conſtat hoc medicamento liberatum comiciali morbo in Anticyra inſula. Ibi enim tutiſſime ſumitur quoniā ſeſamoides admiſcent. Hęc ratio mouit Ouidium ſic tradētem. I bibe dixiſſem purgātes pectora ſuccos. Quicquid et in tota naſcitur Anticyra. Italia ueratrum uocat. Herophilus Elleborum fortiſſimi ducis naturę ęquabat. Concitatis enim intus omnibus: ipſum in primis exire. Elleborum candidum et ueratrum dictum. Eſt et nigrum Elleborum Ectomon Melampodion appellatum: quoniā Melampus inuentor traditur furētes Preti filias Elegen et Celęnen dato caprarum lacte quas Elleboro purgauerat ſanaſſe in Arcadia prope fluuium Clitorium. Galbana. Nec galbanum ferre poteſt radicem uiroſam hoc eſt uirus redolentem: qua ſerpentes fugantur: quare dictum eſt a Virg. Galbaneoqꝫ agitare graues nidore chelydros. Si uires galbani ſcire deſideras lege Pliniū lib. xxiiii. Tingi galbano ueſtes putāt. quare Satyrus galbana raſa nominat: et indutum galbana Epigrammatiſta uocat galbanatū. uulgo inde ut puto gabanum. Hanc chalbamen Nicāder uocat in theriacis cū Diaſcoride: cuius ſuccū interpres Nicādri ait eſſe νάρτηκεν. Pedacius lib. iii. aduerſari toxicis prodit ſerpētes quoqꝫ nidore urētiū fugati: nec lędere punctos galbano. Noxia. Virulēta: uel quod uirinę facilitati nocēt: uel qđ illiberaliter nares auſtero feriūt odore: quo et ſerpētes agunt. Noxia ſucco. Habētia ſuccūm noxium. Nec patitur. Non fert: nō educat. Stiptica enim talia ferunt nō uliginoſa: qualem optat ortenſem ſedem. Sudat. Sudando procreat. Taxos. Taxus minus uirens: gracilisqꝫ et triſtis: ac dira: nullo ſucco: ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis in Hiſpania pręcipue uenenū ineſt. Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in Gallia facta: mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius Smilacem a gręcis uocari dixit. Et eſſe in Arcadia tam pręſentis ueneni: ut ſi qui dormiant ſub ea cibūue capiant: moriātur. Sunt qui et taxica hinc appellata dicant uenena: quę nunc toxica dicimus: quibus ſagittę tingantur. Hęc ex Plinio libro. xvi. Ex taxo firmiſſimos arcus fieri Maro docet ita prodens. Itureos taxi curuantur in arcus. Arni accolę et hodie ex taxo lunāt arcus: arborem immutata unica literula: naxum uocātes. Toxica. Arbores uenenatas qualis eſt taxus: unde nonnullis placet toxica deriuari. Strenua. Strenue et ſine mora perimētia: pręſentaria.

Quāuis. Nonnulli homunciones filū filo non annectentes ſic exponunt. Terra quę nō gignit elleborum: galbanum et taxum: eſt orto cōducibilis et ſi gignat mandragoram et cicutam: quē ſenſum cętera abſurdum impetunt carmina ſequētia negantia prorſus idoneam eſſe terram quę ferulas gignit et rubum. Quare ſic legendum iudico. Quę nec ſemihominis. hoc ſenſu. terra orto cōducens quēadmodum uenena ferre non debet: ita nec mādragoram nec cicutā: quę omnia uenenum ſunt. Mandragorę. Mādragoram alii circęon uocant. Duo eius genera. Candidus qui et mas: niger quę fœmina exiſtimat: anguſtioribus foliis q̄ lactucę. Hirſutis caulibus: radicibus binis: terniſue ruffulis. Intus albis carnoſis: teneriſqꝫ pene cubitalibus. Ferunt mala auellanarum nucū magnitudine. Alias rorātium ſuccus peſtis eſt. Sic quoqꝫ noxię uires: grauedinem afferunt etiam olfactu q̄q̄ mala in aliis terris mandātur. Nimio tamen odore obmuteſcunt ignari. Potu quidem largiore etiam moriuntur. Vis ſomnifica pro uiribus bibentium. Qđ mandragorę ſuccus ſit ſoporiferus docet Apuleius ita ſcribens libro decimo de aſino aureo. Dedi non uenenum. ſed ſomniferum mandragorę pocillum et grauedinis compertę famoſum: et morti ſimillimi ſoporis efficacem. De Mādragora quoqꝫ Lucianus bis meminit in Timone et ueris narrationibus. Plato libro. vi. de republica. Alios uel perimere uel e naui eicere. Genoroſum autem illum nauis principem mādragora aut mero occupare. Semihominis. Quę imitatur in dimidia ſui parte hoc eſt radice hominē. Nam radix mandragorę humanam ſimilitudinē refert. Hęc dictio ſemihominis eſt Ouidiana in deſcriptione centaurorum. Veſano. Veſaniam hoc eſt delirium generante: ut pote cuius ſucco afflati obmuteſcant. Fœta. Plena: grauida mādragorę. quidā codices habēt fœtu hoc ſenſu. nec illa in fœtu pariat flores mandragorę. cū Maro dixit fœto pecori Auguſtinus in lib. de grāmat. interpretat̄ grauido. Cicutā. Plinius lib. xxv. na. hiſt. Cicuta

quoq; uenenum é publica Atheníéſium pœna inuiſa. Ad multa támen uſus non omittédi. Semen hã bet noxium. Caulis aût eius et uiridis eſtur plerúq; et in patinis. Leuis hic et geniculatus ut calami ni gricans. Semini et foliis: refrigeratoria uis: quo ſi qui enecanť incipiunt algere ab extremitatibus cor poris. Remedium eſt prius q̃ perueniat ad uitalia uini natura ex calfactoria. proin dixit Androcides cicutam eſſe hominis uenenum: uinum uero cicutę. Docetur a cuſtode carceris Socrates quomodo

> Nec manibus mitis ferulas nec cruribus æqua
> Terga rubi, ſpiniſq; ferat paliuron acutis.
> Vicini quoq; ſint amnes, quos incola durus
> Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis
> Aut fons illachrymet putei non ſede profunda
> Ne grauis hauſturis tendentibus ilia uellat

cicuta biberetur. Ad quod ſpectat id perſianum. Barbatũ hoc crede magiſtrum dicere: ſorbitio tollit quẽ dira cicutę. habet inter nodia cicuta ut harũdo fiſtulis unde pa ſtoriis accómodatur: quod aduer tens Apollinaris panas cicutici nes inſit. Conion grece cicuta di citur: qua dictione uſus eſt Am broſius in hexamero cũ ait. Stur nos cicuta uiuere. Cicuta tamen in uino epota irremediabilis exi ſtimať. In Ceo Inſula mons fuit ubi ſexagenarii ſenes conuocatis neceſſariis ſolenni ſacrificio cicutam epulati et coronati biberent au ctore Strabone: cui conſuetudini ſe Valerius quoq; Maximus ſecundo libro interfuiſſe tradit in eius inſulę opido inlide. Cicutam Phocion a dicculę. i. celeritate interitus uocat. Meſtam. Triſtẽ utpote quam bibentes algere incipiant ab extremitatibus corporis. uel generatim loquendo meſtam: quá po tantes meſti redduntur. Nec manibus mitis ferulas. Zeuzma a ſuperiori. nec illa terra eſt habilis orto quę parit ferulas non mites ut tractentur manibus. hoc eſt quę non faciliter tractari poſſunt. quo niam hirtę ſunt et horridę. Natura ferularum inquit Plinius Murenis infeſtiſſima. Tactę ſiquidem ea moriuntur. uel potius non mites uocat Columella ferulas. quoniam illis utebantur grãmatici ad pue riles manus plectendas. Hinc dictum eſt ab epigrammatico poeta. Et ferulę ſceptra pędagogorum. Satyrus. Et nos ergo manum ferulę ſubduximus. Et hęc expoſitio uerior eſt. Comites Bacchi ferulas geſtabãt quãobrem narthecophori dicti. unde manauit adagium. πολλοὶ δὲ ναρθηκοφόροι. παυ ροι δὲ βακχοι. pauco ſcilicet eſſe bacchos. multos uero feruligerulos. Nec cruribus. Et terra quę orto aptior erit non gignet rubos non mites cruribus. lędunt enim et offendunt crura mordacitate acu leata. Aeque. Similiter non mites. Terga rubi. Rubum ſpinoſum occupantem terga terrę. Ru bos ſpinas aculeatas eſſe quis non nouit? loca illis plena rubeta dicta: ut ſpineta: et harundineta. Rube ta rana é inter rubos degens. Paliuron. Plinius libro. xxiiii. Paliurus quoq; ſpinę genus eſt. Se men eius afri zuram uocant contra ſcorpiones efficaciſſimum: item calculoſis et tuſſi. Folia aſtricto riã uim habẽt. de uede et paliuro in theriacis Nicãdri meminit interpres: de Paliuro fructice ſerpẽtiũ domitore Pedacius libro primo. Troglodytę ſucco Paliuri pro uino utuntur u[illegible]o. Vicini quoq;. Diximus ex ſentẽtia oratiana irriguo nihil eſſe dulcius orto. oportet igitur ut amnes ſint prope ortum ut faciliter irrigari poſſit. Amnes. Fluuii. Hanc amnem Plautus inquit. Quos. Amnes. Inco la. Scribo accola: ut ſeruetť proprietas uerborum antecedentium. Accola enim proprie loquendo uo catur qui prope aquas habitat: quales prope ortum cupit Iunius. Durus. Perdurans labori iugi et perpeti. Indefeſſus. Attrahat auxilio. Trahat in auxilium. Scimus enim auxiliũ ortorum fere ſem per aritudine uexatorum eſſe lympham irriguam. Sitientibus. Coniunge cũ ſemper: ęſtuãt. enim ſemper agri ortenſes. Aut fons. Senſus. ſi non erunt amnes uicini: quibus poſſit ortus irrigari pu teum habe: qui faciliter hauriri poſſit. poteſt fons coniũgi cum puteo et fontem capacitatem orbicula rem putei intelligere conueniet: puteſ: nanq; ſi non propinqui ſunt amnes: irrigãtur orti: quod et poe ta ſatyrographus oſtendit ita canens. puteus non reſte mouendus In tenues plantas facili diffunditur hauſtu potes et hoc pacto interpretari. Fonte irrigetur ortus ſede putei non profunda: et per puteum neceſſe erit intelligere capacitatem et ambitum fontis ubi congregantur aquę fontanę ſtillantes.

Illachrymet. Stillet: roret: guttet metaphorice lachrymare fontes dicuntur quando guttatim cadũt dicimus indiſcriminatim et lachrymor. Ne grauis. Difficilis hauſtu. docet cur ſedes putealis profun da eſſe non debeat: ne uidelicet ortulani laſſentur cum noluerint aquam haurire: manu enim nõ orga no pneumatico eę educuntur aquę. Antlia inter inſtrumẽta ad educendas aquas idonea numerãtur. de quibus poeta epigramaticus. Curua laboratas antlia tollit aquas. Ilia uellat. Delaſſet neruos et uires: quę maxime diminuuntur inclinationibus corporis: uidelicet cum hauritur aqua: et dum mox erigi hauriendo aquam irrigandis ortulis. Vellat pro diminuat eſt poſitum: quę enim uelluntur mino ra propemodum fiunt. Velluntur ilia cum diminuuntur uires in ipſis ſitę. ilia enim inter hauriendum a loco pfundo maxime premunť. Hoc Ile et hęc ilia facit. hinc et Iuuenalis. Vis frater ab ipſis ilibus.

Nam quod Marullus mimographus dixit. Tu Hectorem imitaris. ab Ilio nunquam recedis: cum de guloſo diceret alluſit ad ciuitatis nomen. Nam ab Ili debuit dicere. Author Seruius ſeptimo ęneidos commentario: Ilia trahere dicuntur a Plinio iumenta: quę uulgo Bolſa uocāt quaſi uulſa ut reor. Pliniana uerba ſunt hęc libro uigeſimo ſexto naturalis hiſtorię. Totidem obolis bibitur uerbaſcum: cuius flos aureus. Tanta huic uis eſt ut iumentis: non tuſſientibus modo: ſed ilia quoq; trahẽtibus: auxilietur potus.

Talis humus uel parietibus uel ſepibus hirtis
Claudatur, neu ſit pecori neu peruia furi.
Neu tibi dædaleæ quærantur munera dextræ
Nec Polycletæa, uel phradmonis aut Ageladæ
Arte laboretur, ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ, numen uenerare ithyphalli

Hauſturis. Olitoribus: quorum officiũ erit haurire putealem aquam. Tollentibus. Scribe Tollonibus. ſunt. n. tollones machinę a tollendo dictę: quibus aqua educitur: autor Pompeius. Senſus. ne uellat ilia hauſturis cum tollonibus olitoribus: qui haurire cum his machinis uoluerint. nam duo participia: hauſturis et tollentibus non quadrant. Talis humus. Senſus. Hęc ſedes ortẽſis circũquaq; ſepiatur uallo uel ſepe: ne fures licenter irruere queant. Parietibus. Proceleuſmaticus. ut arietat in portas. maceriam intelligit. Eſt enim maceria proprie loquendo paries ortum ambiens. Truculentus Plautinus conqueritur lapides macerię in dies fieri minores. Liuius fluuius aureus eloquētię utit̃ hac uoce. Sepibus. Sepire eſt munire ambireq; circuitu firmo. ſepes proprie eſt ortenſis. dicimus in eodem ſignificatu ſepimentum et ſepimen. cędua Tacitus ex maceria firmiore cędue ſiluę. Hirtis. Ex hirſuta: et acuta erectis materia quales ſunt rubi et id genus reliqua. Peruia furi. Ne fures pro libidine intro penetrare ualeant. Peruium dicit̃ quicquid peruadere poſſumus. Inuium contrarium eſt peruio. hinc illud prouerbiale. Inuia uirtuti nullla eſt uia.

Neu tibi. Senſus. Priapum cuſtodem ortenſem dolatum ex trunco quolibet para: nec multum cura an Dędalus illũ fabrefecerit aut Polycletus optimi ſtatuarii. quidā hoc carmen ſuperioribus annectunt ad maceriam referentes. Hoc ſenſu. ſepem uel parietibus uel hirtis ſpinis orto conſtrue etiam in compoſitam ſepē: ne reatis me architectum parieti ortorum cupere pręfici dędalum fabricę celeberrimum. Per munera intelligebant inſtrumenta et mechanemata: quibus ille multa ſtruxit egregie: inter quę labyrintũ Cretę a poetis decantatum. Poteſt tamen hic uerſus cum inferioribus iungi. quoniam Plinius inter fictores dędalũ numerat: cuius uerba ſunt hęc libro trigeſimo quarto. Dędalus et ipſe inter fictores laudatus pueros duos diſtringentes ſe fecit. Recenſetur tamen ab eodē Plinio Dędalus alter inter pictores. ſed nihil ad rem. Polycletęa. Nō laboretur arte polycleti. Polycletus ex ęre ſigna fecit. floruit olympiade octogeſima ſeptima: nobilitatus eſt q̃ plurimis diſcipulis: quos Plinius enumerat libro trigeſimo quarto. Phragmonis. Et hic phragmon fictor fuit: de quo ſic Plinius. Deinde olympiade octogeſima ſeptima Agelades: Callon: Polycletus: phragmon: Gorgias: Lacon: Myron: Pythagoras: Scopas: Perelius. Quinta amazon ex probatiſſimis fuit huius Phragmonis. cum prima polycleti fuerit. ſecunda phidię. Ageladę. Plinius libro trigeſimo quarto. Floruit phidias olympiade octogeſima tertia circiter. ccc. noſtrę urbis anno: quo tempore ęmuli eius fuere Alcmanes: Critias: Neſtocles: hegleas. huius ageladis: de quo hic columella meminit diſcipulus fuit polycletus ſicyonius et myron ille nobilitatus buccula. Plinius ageladis dicit: Columella ageladę Truncũ. Arboris ramum quēcunq; fortuitum. Forte. Caſu. nulla arte exquſitiore dolatum et lęuigatum. Dolatum enim ſignificat ferro excultum: unde dolabra abietarii ideſt materiarii fabri inſtrumētum. Dolare oſcene pronunciatur Apuleio. Vxorem ſuperſtās dedolabat. Ithyphalli. Inter mimos numeratur a gręcis Ithyphallus ebriorum ſpecie redimitus manicatuſq;. Nam apud Strabonem multę ſunt mimorum ſpecies. eſt hilarodos: qui ab autore Simo dictus eſt Simodos. Deinde Magodos: a quo parum differt lyſiodos. his iungitur Sotadicus qui et Ionicus et cynedologus: a Plauto iu ſticho cynedicus. Item et dicelista: qui et Phallophorus et Autocabdalos uocatur: q̃q̃ et iambus et phiax et ethelontes: qui et ſophiſta dicitur. φαλλὸν gręci priapum dicunt. ἰθὺς dicitur erectus: unde naſcitur Ithyphallus erecti ſpecie membri columna: ad quem alluſit Maro iu Oſceno carmine. Adſtans inguinibus columna noſtris: Eſt animaduertere in gręcis epigrammatis priapo templa in litoribus dicata. fortaſſe q̃d hominum genitura eſt ſalſa. Tibullus Albius libro primo Elegiacon de hoc ortenſi cuſtode ſic infit.

Pomoſiſq; ruber cuſtos ponatur in ortis
Terreat ut ſeua falce priapus aues.

Terribilis membri. Quod omnes terret aduenas ne furentue enormis pœna mentulę. Qui. Ithyphallus. In orto. Subintellige erectus. Inguinibus puero. Senſus. Priapus puero ortum irrumpenti minatur mentula qua illi nates diſcuneabit eam ad coſtam ſeptimam recondens. Prędoni uero barbato: quo in coitu nō oblectetur: minatur falce Saturni ſigno. Hinc Plinius ſaturnica in ortis ſigna dicari tradit: et Tibullus. Terreat ut ſęua falce Priapus aues. uirgini. barbato. Puero hęc tria minat᷑ Ithyphallus apud Poetam ī oſceno carmine. Hęc cunnū. caput hic. prębeat ille nates.

Terribilis membri, medio qui ſemper in orto
Inguinibus puero prædoni falce minetur.
Ergo age nunc cultus, et tempora quæq; ſerendis
Seminibus quæ cura ſatis, quo ſidere primum
Naſcantur flores, peſtiq; roſaria gemment.
Quo Bacchi genus, aut aliena ſtirpe grauata.
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos,
Pierides tenui deducite carmine muſæ.

Ergo age. nunc pollicet᷑ ſe dicturum quo idoneo tempore ſemina orto congrua ſerantur: et quo tempore flores naſcūtur. Age. Agedum hortantis eſt. Nunc. Subintellige dicamus. Cultus. Quomodo iacta ſemina colant᷑. uel poti⁹ ortus ipſe. Et tēpora. Ordo. et canamus quę cura erit ſatis idest ſufficiens ſerendis ſeminib⁹. uel ita ordina. dicamus quęq; tempora ſerendis ſeminibus idonea. poſtea canam⁹ quę cura pręberi cōueniat ſatis: poſtq̄ ſemina erūt ſata. tradamus quomodo eligenda ſint ſemina ſationi idonea: quę poſteaq̄ fuerint ſata: erunt tractanda ut radices agant. quadrat hoc cum ſequentibus: poſtquā enim tempora idonea ſationi deſcripſit: poſtmodo memor promiſſi ſic intulit. Pellite nunc ſomnos: et curui uomere dentis
Iam uiridis lacerate comas. Iam ſcindite amictus.
et quę ſequuntur. Quo ſidere. Quo tempore. ex ſideribus enim priſci tempora colligibant. ex Virgilio. Quid faciat lętas ſegetes. quo ſidere terram Vertere.

Peſti roſaria. Roſaria loca roſis inueſtita et conſita dicuntur. de roſa peſtana quis Poeta non meminit? Eſt enim litorale opidum peſtum poſſidonia a gręcis appellatum in Lucania ſitum ubi roſa naſcebatur precox nunc uepres tantum. Gemmēt. Pullulēt. emittant pilulas quaſdam in ſimilitudinem baccę ex quibus poſtmodo emicant roſę: Talis proprie gemma dicitur: nec ſolum in roſa. ſed et in uite. Ouidius in faſtis. Et noua de grauido cortice gemma tumet. Quo Bacchi genus. Quo tempore partus ſpem uites offerant: quę genus Bacchi dicuntur ab inuētore Dionyſſo. Aut aliena. Nō ſua ſed inſita. ſenſus. muſę cantate quo tempore arbos mitis grauata aliena ſtirpe idest adoptatis frugibus curuetur. Iuxta Ouidium.
Aſpice curuatos alieno pondere ramos
Vt ſua quod peperit uix ferat arbor onus.

Aliena ſtirpe. Non ſua ſobole. ſed ingenita a ſurculo in eam adacto ab inſitore. Grauata. preſſa: grauis. Mitis. Manſueta: non agreſtis. quę nunc eſt mitis: et exuit ſilueſtrem animum accepto ſurculo. Adoptatis frugibus. Pomis quę inſitione peperit. metaphorice dictū. Nam quēadmodū adoptari dicitur ille qui ex familia Scipionum tranſit in familiam Emyliorum: ita arbor mitis tranſlata in agreſtem uel cicurem quidem ſed alterius ſaporis eleganter odoptari dicitur. ex Ouidio.
Venerit inſitio. Fac ramum ramus adoptet.
Stetq; peregrinis arbor operta comis.
Imperator in inſtitutionibus ſic ſcribit. Non ſolum autem naturales liberi ſecundum ea quę diximus in poteſtate noſtra ſunt. uerum etiam hi quos adoptamus. Adoptio autem duobus modis fit. aut principali reſcripto. aut imperio magiſtratus. imperatoris auctoritate adoptare quis poteſt eos eaſ´ue: qui quę´ue ſui iuris ſunt. Quę ſpecies adoptionis dicitur arrogatio. Imperio magiſtratus adoptamus eos eaſ´ue: qui quęue in poteſtate parentum ſunt. ſiue primū gradū liberorū obtineant. qualis eſt filius. filia. Siue inferiorem. qualis eſt nepos. neptis. pro nepos proneptis. Optare ſignificat eligere. hinc optionem militē dicebant. quod affatim nos in comētariis Plautinis explicauimus in expoſitione carminis illius. Optionē tibi facio leonidā. hinc defluit adoptare: qd qui adoptat illum eligit. Frugibus. Fructibus. Arbos. Pro arbor: colos color: amos amor. Tenui. Terſo et cōpto. Deducite. Metrice cātate. proprio uerbo carminis ſeruiēti ē uſus. Deducta. n. uox lenis et mollis et librata nūcupat᷑. Hinc Propertius. Cū mea deducta carmina uoce legit. Et priſcus Poeta. Deducta mihi uoce garriēti. Apud Maronē⁺ deductū dicere carmen. Pierides. Cognomentum muſarum a loco. codicem ita texe. muſę deducite tenui carmine quo tempore Bacchi genus: aut aliena ſtirpe grauata et reliqua quę ſequunt᷑.

Oceani ſitiēs. profeſſus ē paulū ſupra ſe tractaturū quomodo colant̃ agri ortēſes: nūc ſoluit pēſum et ait in ęquinoctio autūnali: quod fit nonu Cal. Octobris: expedire cultū ortēſis terrę aggredi. Seruius tamē ſic ſcribit. Sciēdū mō annū in quatuor partes diuiſum: in duo ſolſtitia: et duo ęquinoctia: unū uernale et alterum autūnale: quas gręci ἰσημερίας uocant. Sūt autē. viii. Cal. Aprilis. et. viii. Cal. Octobris die. Si ſequeremur iſomerię gręcę dictionis Etymologiam ęquidiale potius diceremus q̃ ęquinoctiale. credūt enim graii noctē poſtponēdam diei. Senſus carminis hic ē. poſt occaſum caniculę et in ęquinoctio autūnali erit ſtatū tempus cultū orti incipere. Sitiēs eleganti canis epitheto uocat̃ quia caliditatē affert immedicā. Maro. Ille ſitim morboſq; ferens mortalibus ęgris Naſcit̃ et lęuo cōtriſta/ lumie cœlū. Erigones Icari filię canē inter ſidera cū dn̄a trāſlatā docet Hyginius. hinc erigoneius canis appellatur et Icarius. habet in lingua exerta ſtellā: quę procyon hoc eſt anticanis dicitur. de qua ſic meminit Cicero in arati phęnomenis. Eſt canis ante canē.

Oceani ſitiens cum iam canis hauſerit undas
Et paribus titan orbem librauerit horis
Quom ſatur autumnus quaſſans ſua tempora pomis
Sordidus et muſto ſpumantis exprimet uuas,
Tum mihi ferrato uerſetur robore palæ
Dulcis humus, ſi iam pluuiis defoſſa madebit,
At ſi cruda manet cœlo durata ſereno,
Tum iuſſi ueniant decliuo tramite riui.
Terra bibat fontis et hianti compleat ore,

Hauſerit undas. Poſt occaſum caniculę. dicitur enim canicula hauſiſſe undas oceani. quādo occidit. tunc enim cadere in oceanum perhibetur: et aquas oceani bibere. Poetice enim res narrant̃ aſtronomicę: quod fecit Virgilius ſic ſcribēs. Pleias et oceani ſpretos pede reppulit amnes. cū emerſum deſcribere uellet. quādo uero occidat canicula diuerſos auctores habeo. quidam in aprili dicunt: quidā alio et alio tempore. Sed in Plinio et in Columella eſt diuerſitas propter diuerſitatē occaſuum. Eſt enim occaſus chronicus: heliacus: et coſmicus. de chronico caniculę occaſu hic intelligit. Qui alio dicunt tēpore canem occidere modo de heliaco caniculę occaſu: modo de coſmico intelligere uoluerunt. Et paribus. Hoc eſt cū erit ęquinoctium quando ſunt horę pares ęquinoctiū enim fit autore Columella. viii. Cal. Octob. et. vii. et. vi. Titan. Sol diſpēſator horarū.

Librauerit. Velut in librili ſuſpēderit ut dies tūc neq; pēdeat neq; propēdeat. Sūt. n. noctes diebus ęquatę librametō quodā et ęquilibrio. ęquinoctiū fit cū Sol eſt in Libra. Maro. Libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas: Et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem. ſed de ęquinoctio uernali tunc intelligit. Quum ſatur. Ordo iſtorum carminum. dulcis humus uerſetur ferrato robore palę cum canis ſitiens hauſerit undas oceani. et quę ſequuntur. Satur appellatur autūnus: quoniam tunc fructus: uua matura ſunt. unde nomen adeptus ab augendo uidelicet. Sentit Auſonius Auguſtum: Septembrem et Octobrem eſſe menſes autūnales. Autūnare a Plinio cœlum dicitur cū imitatur intemperiem Autūni. Muſtulentus ab Apuleio dicitur quoniam tunc ſpumat plenis uindemia labris.

Quaſſans. Fingitur Autūnus coronatus pomis eſſe. quoniam tunc poma matureſcunt. Sordidus. Muſtulentus. Vindemia enim penitus ſordidiſſima eſt. hęc dictio cum ſequentibus iungitur. hoc ordine. et cum Autūnus ſordidus muſto exprimet uuas ſpumantes. Spumātes. Pro Virgilio. Spumat plenis uindemia labris. Exprimet. Calcando liquefaciet. Tum mihi. In autūnali ęquinoctio quantum ego ſentio tempus erit idoneum uerſare humum bipalio. Ferrato robore. Duricie ferri. Verſetur. Colendo reſupinetur. Palę. Inſtrumenti ruſticani: quo uerſatur terra ſerenda: unde bipalium. Vuangam uulgo dicimus: qua dictione et Palladius utitur. hinc a Columella libro duodecimo. uinea palata dicta. Dulcis humus. Nam uliginoſam optauit ortenſem terram. Si iam pluuiis. Senſus. Incipe uertere hanc terram: quod commodius fiet ſi pluerit: quod niſi acciderit illam irrigato. Si uero irrigari non poteſt expectato pluuias: quę in ęquinoctio ex bona parte ſolent accidere. Defoſſa. Pręparata ad foſſuram. facilius nanq; foditur ſi anteceſſerint hymbres. Cruda. Indigeſta. irreſoluta. Durata. Conglobata. conſtipata. coacta. Iuſſi. Eliciti manu et humano magiſterio. Veniant. Deriuentur: detorqueantur. Decliuo tramite. Per callem deorſum tendentem. dicimus. hic decliuis et decliuus indiſcriminatim ut ilaris et ilarus. Decliue eſt quodcunq; ex celſo loco deorſum uergit. Accliuie quod aſcendit. Ouidius. Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.

Fontes. Aquas elicitas ex fonte. Hianti ore. Subintellige ſe. mallo tamē ſcribere: et hiātia compleat ora. terra impleat: ora ſua hiantia prę deſiderio potus: fontanis aquis. Scinditur enim et radices agit terra prę nimio bibendi deſiderio: cum grauis: ut ait Catullus: exuſtos ęſtus hiulcat agros.

Compleat. Impleat confluentibus aquis. Per iuſſos riuos intellige opere agricolę elicitos: ut Maro. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis undam Elicit.

Quod ſi nec cœli nec campi competit humor,
Ingeniumq; loci uel iuppiter abnegat imbrem
Expectetur hyems, dum Bacchi naxius ardor
Aequore cæruleo celeretur uertice mundi.
Solis et ad uerſo metuant atlantides ortus,
Atq; ubi iam tuto necdum confiſus olympo
Sed trepidus profugit chelas et ſpicula phœbus

Quod ſi nec. ſi cęleſtes aquas nō habueris nec elicitas ex colle ne moue terrā donec pluuia ſuper te niēs ſignum dederit. Cœli. Aquę pluuię. Campi. Fontanę aquę uel elicitę ex riuo campeſtri. Competit. Competere et conuenire poteſt. Humor. pluuia. Ingeniū loci. qualitas et natura ingenita. Annotaui ſubinde ingenium naturam rei ingeneratā dici. Quod Apuleius libro nono de aſino aureo docet. utq; eſt ingeniū niuacis metalli crebras ei ſternutationes cōmouebat. cū de ſulphure intelligeret, Sulphur nanq; metallum eſt hoc aſſerente Vlpiano digeſtis de pœnis i hęc uerba In calcariam quoq; uel ſulphurariā dānari ſolēt. ſed hę pœnę metalli magis ſunt. Abnegat. ſi non pluet. Hyems. Pluuia. Vetus ſignificat pluere. Dū Bacchi ardor. Hoc eſt ardens corona: quā Bacchus ariadnę cretēſi dono dedit. Hoc ē expectet' coronę emerſus: qui eſt i octobri. Corona exiſtimatur ariadnę fuiſſe a libero patre iter ſidera collocata. Dicit' in inſula dia cū Ariadna Libero nuberet: hāc primū coronā muneri accepiſſe a Venere: cū oēs di iu eius nuptiis dona conferrent. Sed ut ait qui cretica cōſcripſit quo tempore Liber ad minoa uenit cogitans ariadnam comprimere hanc coronā ei muneri dedit: qua delectata non recuſauit conditionem ſtupri. hęc Hyginus. Naxius bacchicus. quoniam Bacchus dono dedit illā ariadnę: qui Bacchus colitur in inſula naxo hinc Propertius. Atq; tuum potant naxia turba merum Naxos a Strabone libro decimo una cycladum creditur. In codice priſco ac antiquitate reuerendo legitur gnoſius: quod egregie competit ſenſui. gnoſium enim ardorem uocabit hanc coronam puellę Gnoſię hoc eſt cretēſis. Eſt. n. gnoſos opidum cretę. et hoc dicetur ex imitatione Virgiliana. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronę. Mālius libro primo. Gnoſia deſerię fulgent monimenta puellę. nec de tota corona intelligit. ſed de peculiari ſtella coronę infixa fulgentiore: de qua multa Mālius. Scribit Plinius libro duodeuigeſimo naturalis hiſtorię. octauo Idus Octobris Cęſari refulgentem in corona ſtellam exoriri. Aequore ceruleo. Emergat ex mari corona. hoc eſt oriatur prius corona: quę cum forte oritur relinquit oceanum ubi latebat. Celeretur. Feſtinet ad emerſum. dat ſenſum rebus ſenſu carentibus. tanq̄ corona ſentiens ſe oriri feſtinent et trepidet ad lucem. Facit et Maro lętam e mari pleiada emicare uel referatur ad uerticem cœli: qui illam etiam inuitam cogit feſtinare ad emerſum. quidam hoc dici intelligentes quia ſol propter breuitatem dierum celerare uidetur non probantur. uel legas cęletur. ideſt abſcondatur. quāuis nimis ſerum eſſet expectare occaſum coronę cum oriatur octauo idus Octobris.

Vertice mundi. A conuexitate cœli celeratur corona quia conuexum cœlum dum ſe uolutat cogit illam egredi ex latibulo oceanitico. Solis et aduerſo. Corrigo ſolis et aduerſos. Hoc ſenſu. cum corona orietur et uergilię occident tunc parcitur humus. Atlantides. Vergilię Atlantis filię: de quibus Virgilius in Georgicis: Ante tibi eoę atlantides abſcondantur. Columella libro ſecundo tradit Atlantidas abſcondi altero et trigeſimo die poſt autumnale ęquinoctium: quod fere conficitur nono Calendas octobres. de uergiliis quę ſuculę dictę ſunt et Hyades a gręcis Plinius: Varro: Hyginus quoq; meminerunt. Metuant ortus. Dicuntur Atlantides ſolis ortus metuere eo quod cum in oceano prius latuerint tenebras tantum uidebant. nunc uero maiori luce perfuſę expaueſcunt et cęcutiunt ad ſolis rutili coruſcationem. Atq; ubi. Ordo. Neſcia plebs generis matri ne parcite falſę ubi Phœbus nondum confiſus tuto olympo Sed trepidus profugit chelas et reliqua. Vbi pro poſteaq̄ ponitur. Phœbus. Sol. Necdum. Nondum confiſus. Tuto olympo. Serenitati cęli tunc ſol non confidit. quoniam tempus autumnale ſemper eſt incertum. iuxta illud uarronianū in menippeis. neſcis quid ueſper uehat. Olympo. Cęlo. dicit' auctore Priſciano quaſi ololampos hoc eſt totus ardens: uel ſplendens. Trepidus. Celer Phœbus propter breuitatem dierum. iuxta illud Maronianum. Sed trepidę pennis coeunt. alibi. ne trepidate meas teucri defendere naues. Poſſemus poetice trepidum pro timentem interpretari quandoquidem Sol radens inter Scorpium et Sagittarium eſt anxius et ſolicitus ne uergat in alterutram partem: hinc aculeum Scorpionis: illinc ſagittas Chironis expaueſcens. uiam mediam igitur attente ſecat et prouide. Chelas. Scorpionis brachia. lacertos Ouidius appellauit ſic. Cauda et flexis utrinq; lacertis Porrigit in ſpatium membrorum ſigna duorum. nam brachia Scorpionis efficere Libram tradunt: quare nonnulli undecim tradidere ſigna: alii duodecim. Maro libro primo Georgicon. Qua locus erigonen: inter chelaſq; ſequētes Pandit'. Ipſe tibi iā brachia cōtrahit ardēs Scorpius: et cœli iuſta plus parte relinquit. Spicula. Sagittas croti. uel

aculeū ſcorpionis. a ſpiculo fit ſpiculare: hoc ē ad ſimilitudinē ſpiculi acuere. Plinius lib. xi: cū loqueretur de culice. Telū uero pfodiēdo tergori quo ſpiculauit ingenio: dicimus et in eodē ſignificatu inſpicare. Virgilius. Ferroq; faces inſpicat acuto. Dira. Pernicioſa. Negat. Subintellige adire: uel quid ſimile. Mallem tamen ſcriberes. ſecat. Hoc ſenſu. Sol inter Scorpium et Sagittarium ſecat et radit iter medium: nec adhuc audet ſpicula Sagittarii penetrare. ſed eius inſidet dorſo. hoc eſt ſol uagatur inter decimum quartū Cal. nouembres: et inter decimum tertium Calē. decembres. Quidam non negat: nec ſecat ſcribunt ſed nepę. quare neceſſe ſic ſcribendo uidebitur per ſpicula dira intelligere caudam Scorpionis: quę ſemper eſt i ictu. Et erit τὸ ...

Dira negat, tergoq; croti feſtinat equino.
Neſcia plebs generis matri ne parcite falſæ,
Iſta promethez genitrix fuit altera cretæ.

Priſciano Scorpius nepa ē: Plauto Cancer: qui ceſſim graditur ut palā eſt: Marcellus. nepam quidā cancrū putant ob illud Plauti. retrouerſum cedā. imitabor nepā. at qd nepa eſſet dubiū in utroq;. Nā uere nepa ſcorpius dicit̄. M. T. de finibus bonorū et malorum libro quinto. Serpere anguiculos: natare anaticulas: uolare merulas: cornibus uti uideamus boues: nepas aculeis: ſuam deniq; cuiq; naturā eſſe ad uiuendum ducem. Ita ferme Marcelli codicem emendabis. Pompeius. Nepa afrorum lingua ſidus: quod Cancer dicitur: uel ut quidam uolunt Scorpius. Plautus. Dabo me ad parietem imitabor nepam. Atqui potuit nepa dici quod impurum ſit animal et tetrum. Nepus enim pro non purus latine dicitur. prima correpta nepa pronuntiatur a Marco Tullio ſic. Atq; oculos urget pedibus: pectuſq; nepai. Manlius aſtronomicus libro ſecundo. pietate ad ſidera ductam Erigonen: ictuq; nepam: ſpolioq; leonem. Hac dictione utitur Columella libro duodecimo. et Capella ſecundo de nuptiis. Natura ſcorpionum eſt ut in parietum latibulis deliteſcant: qui cum aliquid ſenſerint retrocedūt: hinc apud Plautum non eſſet inferium cum Priſciano nepam exponere ſcorpionem. Seruus enim Chalinus inſidiator cum percepit aduenire ſenes: retrocedebat: ſe ad parietē occulēs: ut aſſolet Scorpio. Tergo. non enim ex aduerſo ſe conſpiciunt ſigna. ſed unum ſequitur aliud. relinquens ſol Scorpionem imminet Sagittario, habenti oppoſitum tergus Scorpioni. dixit etiam tergo. quoniam Sagittarius centaurus fingitur. Eroti. Scribo croti. de hoc Sidonius Apollinaris. Falciferi croton ire ſenis per ſūma polorum. Hunc complures centaurum eſſe dixerunt. alii autem hac de cauſa negauerūt: quod nemo centaurus ſagittis ſit uſus. Hic autem quęritur cur equinis cruribus ſit deformatus et caudam habeat ut ſatyri. Dicunt enim nonnulli hunc eſſe Crotum nomine Euphemes muſarum nutricis filium ut ait Soſtratus tragœdiarum ſcriptor: cum domicilium in monte helicone habuiſſe et cū muſis ſolitū delectari. Itaq; pro merita diligentia magnam laudem aſſecutum. Nam et celerrimum in ſiluis et acutiſſimum in muſis factum eſſe: pro quo ſtudio petiiſſe muſas ab Ioue ut in aliquo aſtrorum numero deformaretur. itaq; Iouem feciſſe ut cū omnia illius artificia uno corpore uellet ſignificare: crura eius equina feciſſe: quod equo multum ſit uſus: et ſagittas pro ingenio adiunxiſſe: ut ex his et acumen et celeritas eſſe uideat̄. Caudam ſatyricā in corpore fixiſſe: qđ non minus hac muſę: q̄ liber ſatyris ſit delectatus: ante huius pedes ſtellę ſunt paucę in rotundo deformatę: quas coronam eius ut ludentis abiectā nonnulli dixerunt. Neſcia plebs generis. Hortatur agricolas ad fodiendam terram: cui ne parcere uelint credentes iſtam eſſe matrem ſuam: quoniam ea qua ſumus formati fuit ab hac diuerſa. Ne parcite. Ne parce illam colite: Iſta. Legendum illa. hoc ſenſu. ne parcite tellure tanq̄ fodere matrem nolitis. Illa: quam materno cognomine decoramus: fuit altera ab iſta. Terram cognomine materno decoraſſe priſcos teſtis eſt Lucretius et Cybelen appellaſſe: cui ſubiugaſſe leones conſtat. quia nulla non feritas materno ſubſternitur affectui. pręterea deteſtatos et gallos addunt: quia numen qui uiolarint Matris et ingrati genitoribus inuenti ſunt: Significare uolunt indignos eſſe putandos: Viuā progeniem qui in oras luminis Edant. Pergraphice et matrem terram deſcribit Ouidius ſic. Magna parens terra eſt. lapides in corpore terrę Oſſa reor dici. Elegantiſſime et hoc idem Plinius Veronenſis libro. ii. naturalis hiſtorię. Sequitur terra: cui uni rerum naturę partium eximia propter merita: cognomen indidimus maternę uenerationis. Sic hominum illa ut cęlum dei. quę nos naſcentes excipit. natos alit: ſemelq; editos: ſuſtinet ſemper. nouiſſime complexa gremio: Iam a reliqua natura abdicatos: tum maxime ut mater operiens. nullo magis ſacramento q̄ quo nos quoq; ſacros facit: etiam monimenta ac titulos gerens: nomenq; prorogans noſtrum: et memoriam extendens contra breuitatem aeui. cuius numen ultimum iam nullis imprecamur irati graue: tanquā neſciamus hanc eſſe ſolam: quę nūquā iraſcatur homini. Promethee cretę. Illa terra: quę genuit Cretam et Argillam Prometheis Hoc eſt ex qua Prometheus hominem genuit: fuit altera ab iſta terra: quę cum minime ſit parens noſtra petenda et fodienda eſt q̄ maxime. Prometheum unum ex titanibus fuiſſe: qui ex lutho hominem

formauit conſtat: eundemq; ad cõmoditatem humanam ignem e globo ſolis abſtuliſſe aſſeruatum fera
la narrant: quare indignatus Iupiter febres et morbos: autore Oratio mortalibus intulit: Autoremq;
furti prometheum religauit in caucaſo monte appoſita aquila: quę eius foderet pectus: hinc illud. Cau
caſias etiam ſi pateremur aues. Iupiter demum cum ad cõgreſſum thetidis proficiſceretur prometheum
adiit: cauſam itineris diuinantem: et Iouem admonentem a coitu nymphę abſtineret: quippe naſcitu/

Altera nos enixa parens quo tempore ſæuius
Tellurem ponto merſit neptunus, et imum
Concutiens baratheum lætheas terruit undas
Tuncq; ſimul ſtygium regem uidere trementem
Tartara, cum pelagi ſtreperent ſub pondere manes.
Nos fœcunda manus uiduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptæ tum montibus altis
Deucalion ex cautes peperere, ſed ecce

rum fatis ita iubentibus filiũ: qui
maior eſſet patre: qui fuit Achil/
les ex peleo genitus. unde Oui/
dius. Sic pelea uicit Achilles.
Tunc uinculis ſalutis diuini ſciũ
prometheũ uinculis liberauit Iu/
piter pro mercede oraculi. Nec
mirum ſi de prometheo talia nar/
rantur. προμήθειαν enim gręci
prouidentiam dicunt. Plato una
cũ Claudiano. ut a nobis affatim
in Plautinis commentariis expli/
catum eſt: narrant duos fuiſſe fra/
tres. alterum prometheum nomi/
ne: optimũ fictorem: qui bonos formauit. alterum malũ epimetheum: qui peſſimos finxit. Dolet Pro/
pertius umber: prometheum corpus tantum: non animum in homine fingendo cõſideraſſe. eius carmi
na ſunt hęc. O prima infelix fingenti terra prometheo. Ille parum cauti pectoris egit opus: Corpora
diſponens mentem non uidit in arte. Recta animi primum debuit eſſe uia. Altera nos. ſenſus eſt ne
differamus terram colere quoniam illa nõ eſt mater noſtra. nec obſtat quod nos prometheus e terra fin
xit. Genus enim illorum nõ amplius ſupereſt. quoniam ſublatum fuit a diluuio quo homines periere:
et tunc ſobolis promethęę fuit ultima meta. Nos uero et maiores noſtri poſt diluuiũ geniti: e cautibus
nati ſumus: iactis a pyrrha et deucalione ſic igiť colligit. nos poſteri non a terra pingui ſumus oriũdi.
ſed ex duris lapidibus. non igitur terra parẽs eſt noſtra: quis fuerit illorum: quos prometheus ex creta
finxit. Quo tempore. Ex eo tempore nati ſumus: quo mare ſuperuagatum eſt terrę: ut tolleretur ge
nus impium hominũ: quos prometheus finxit. Seuus Neptunus. Qui homines delere potuit ut Io
uis impietati ſufficeret. Priſci tamẽ codices habent ſęuos hoc eſt crudeles homines ad omne genus im/
pietatis efferatos. et tangit hanc fabulam cum Iupiter uitiis hominum offenſus eſſet: delapſus eſt in ter
ras ut quę ex auditu perceperat: occulata fide perſpiceret. deuenit in hoſpitium Lycaonis arcadici homi
nis ſanguinarii: qui inſidias ioui molitus iram illius et totius diuini cœtus contraxit in mortales quos
omni labe cõſperſos agnouit. decreuit igitur undis abolere mortale genus: dixitq; cataractis aquarum.
aperiantur et apertę ſunt. patet ex his quo pacto Neptunus hoc eſt aqua ſuſtulerit ſęuos mortales. Nã
Iupiter ad delẽdos homines uſus eſt auxilio fratris Neptuni. Tellurẽ. ſi legimus ſęuos ſubintelliga
mus et: quod Neptunus merſit ſęuos et tellurem. Ponto. Cũ aquis maritimis. imum barathrũ.
Profundum hyatum terrę. Lethęas undas. Inferos et tartara: quę ſubdubitarũt ne cum mortalibus
et ipſa tollerẽtur cauſa terroris erat: chaſma terrę. Tunc. Cum cataclyſmus et diluuies omnia tene/
ret. Simul. Cum hominibus: trepidarunt perinde ac homines. Tartara. Manes Plutonem de re
gno ſuo dubitantem uiderunt: cum terram ubi ipſe ſceptrum gerit uiderẽt occupatam. Manes. In/
feri. manum priſci bonum dixerunt. manes proprie loquendo dicuntur animę illorum: qui pie caſteq;
uixerunt. Streperẽt. Murmurarent dubitantes ne nimio aquę pondere eliderentur. Sub ponde
re. Sub aqua uaſta et ponderoſa: quę omnia uagabatur. Nos fœcunda. Senſus. nos ne parcamus
terrę tanq̃ noſtrę parenti: a qua dumtaxat oriundi ſunt primi maiores noſtri: quos Neptunus ob ſcele/
ra ſua ſuſtulit: nos uero a cautibus et ſaxis originem ducimus formati manu Promethei. Ordo. fœcũ
da manus progenerat nos orbe uiduo mortalibus. hoc eſt. cum cataclyſmus uiduaſſet terram incolis
nos genuit Deucalion. Abruptę. Euulſę ab impetu diluuii. Tum. quãdo diluuies oia uaſtabat.
Montibus. Abruptę ex montibus. Deucalionęę. Iactę poſt caput a Deucalione. Fabula notiſſi/
ma ex primo metamorphoſeos. quemadomodum ex diluuie aquarum ſuperfuerũt duo dũtaxat: Deu/
calion uidelicet et Pyrrha. illi ſolitatem deteſtati parnaſum aſcenderunt: adierunt Themim: illam con
ſuluerunt quo nam pacto genus humanũ reparare poſſent. reſpondit Themis. oſſa parẽtis magnę hoc
eſt terrę poſt tergum iacerent: lapides iecerunt: qui per oſſa ſignificabantur: ex quibus homines oriun/
di. quare ut ſentit Seruius λαοὶ ideſt populi dicti a lapidibus. Sed ecce. Nũc tempus appetit labo/
ri incumbere duriori: et terram opere indeffeſſo perfodere. Quando redit agricolis labor actus in or/
bem, ut non ex nihilo monſtrifera particula ecce, ſit addita. labore ruſticano nil eſt monſtroſius.

Aeternus. Qui nunꝙ̄ finem ſortitur. Eia age. Hortatur agricolas ad laborē auſpicandum et curam agreſtem. Segnis ſomnos. pro ſegnes: quibus homines pigri et ueternoſi redduntur. Curui uomere dentis. Pro curuo dente uomeris. Iam. Pręſens ſpectat. Viridis comas. Pro uirides. Comas enim herbeas ſuperficies terrę nuncupat: ſicuti cęſariem terrę nuncupamus excultum herbis ſolum: a quibus et ipſa ab Apuleio cęſariata nuncupatur. Scindite. Lacerate raſtris et fodite.

Durior æternuſꝗ uocat labor, eia age ſegnis
Pellite nunc ſomnos, et curui uomere dentis
Iam uiridis lacerate comas, iam ſcindite amictus,
Tu grauibus raſtris conctantia perfode terga.
Tu penitus matris eradere uiſcera matris
Ne dubita, ſummoꝗ frequentia ceſpite mixta
Ponere, quæ canis iaceant urenda pruinis
Verberibus gelidis iraꝗ obnoxia cauri.
Alliget et ſæuus Boreas, Euruſꝗ reſoluat.

Amictus. Herbas: quibus terra comitē: excolitē et amicitur hoc eſt ueſtitē. Martialis. Floret ager, ueſtitur humus. ueſtitē et arbos. Iſmariū pellex attica plorat itym. Cunctantia. Reſiſtentia ſarculo ruſticano in aperiendo. imitatio Virgili: qui dixit cunctantes glebas. alii pro magnis interpretantur. Penitus. Si iungitur cū eradere ſignificat penitiſſime uel omnino. ſi cum uerbo: dubita: ſignificat nullatenus. Eradere, Radicitus aperire. Viſcera matris. Interiora terrę. Clatris: Trahis: Sūt enim clatra cancellatim ligna compacta: quibus glebę contunduntur. Hirpicem Varro dicit et hodie inſubria tota. de clatris hoc eſt lignis quadratis tranſuerſariis: quibus muniuntur feneſtrę: quę fures tali arcent munimine alibi plura. Hę clatratę feneſtrę dicuntur. nunc ferratę lingua uernacula. Cęterum cum in priore ſignificatu: pro inſtrumento ſcilicet terrę: non uideam uſurpari clatrum: poſſumus ſequi priſcum codicem: in quo marris ſcriptum eſt cum annominatione. Sequitur enim matris. Sunt enim marrę inſtrumenta ad fodiendum terram idonea. hoc Plinius aſſerere uidetur libro duodeuigeſimo nat. biſt. ſic. Verno ſeri debet: liberariꝗ cęteris herbis. ad trimatum marris a ſolo radi. Nuſpiam clatrū pro organo ad terram colendam accōmodo reperi: hoc comprobat idem Moderatus libro decimo ſic loquēs. Vbi uero neutrum patrifamilię conducit: ratio poſtulat uacerris includi. Sic enim appellatē genus clatrorum. idꝗ fabricatur ex robore querceo uel ſubereo. Apud eundem clatrarē uerbū eſt: quod ſignificat in tranſuerſum contexere. Satis eſt autem uacerras inter pedes octonos defigere: ferriſꝗ trāuerſis ita clatrare: ne ſpatiorum laxitas: quę foraminibus interuenit pecudi prębeat fugam. Idem Columella libro nono. Sub porticibus deinde per ordinem fiunt arundinea ſepta in modum cauearū: qualia columbaria tectis ſuperponuntur. Ea ſepta diſtinguntur uelut clatris intercurrentibus calamis: ita ut ab utroꝗ latere ſingulos aditus habeāt. hoc i re ruſtica Cato ſic docet. Bubilia bona: pręſepis faliſcas clatratas. Clatros inter ſe oportet pede diſtare. nuſꝗ̄ reperio: quod equidem meminerim: clatros pro utenſili colendę apto telluri. quare fidem priſci codicis ſequere. Et ſummo frequenti. Quidam legunt. ſummoꝗ frequenti. Hoc ſenſu. ne dubita uiſcera terrę miſta ſummo ideſt a ſuperficię ſua: ponere reſupinare: ſternere. cum frequenti ceſpite: cum terra herboſa. hoc ſenſu. ne dubites confodere terram: et miſcere ſummitatem ceſpiticiam cum intimis terrę uiſceribus effoſis. hoc eſt. ne dubita terram bipalio aperire. in codice priſco nihil additum eſt. ſed legitur. et ſummo feruenti. hoc ordine. ne dubita uiſcera terrę miſta in ſummo hoc eſt in ſummitate ſua ponere cū feruenti ceſpite. frigida uiſcera terrę miſcere cum glebis feruētibus. ideſt ſole incoctis. ſuperficies enim terrę propter ſolis ardorem calet interiora terrę frigeſcunt. per circuitum igitur cum uellet ſignificare terram uertendam eſſe ait interiora ponenda cum ſuperioribus: quod fit cum terra reſupinatur quidam frequentia legunt cumꝗ cōnexiua particula. Quę. Viſcera terrę ſic euoluta. Vrenda. Vt malę herbę et infelices moriantur.

Canis. Albicantibus Obnoxia. Oppoſita et ſubiecta illa terrę uiſcera. Verberibus. Geliſſimo flatui cori uenti. Irę. Impetui. Irati nanꝗ uenti nuncupantur quando animoſe perflant. hic uentus flat ab occaſu ſolſtitiali. Alliget. Cogat: denſet. iunge cum inferioribus. boreas a uerbo βοάω dicitur quoniam cum ſtrepitu et tumultu ſpirat. frigidus eſt ideo terram cogit ſerenitatem affert. hinc ab Homero dictus ęthrigenetes. a Vergilio ſudificus. Regiones unde ſpirent uenti breuiter ita deſcribit Ouidius.

Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu.
Nunc Zephyrus ſero ueſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca boreas bacchatur ab arcto.
Nunc notus aduerſa prelia fronte gerit.

Reſoluat. Aperiat. Refert enim calidiorem plagã unde ſpirat. Poſt ubi. Poſteaq̃ docuit quo tempore tellus ſit fodienda ut hyemem patiatur : nunc docet quo tempore ſit fimo et lętamine ſaturanda. et tempus huic aptum rei ſcribit appetere uerno tepore. Armenti fimo ſaturet ieiunia terrę ubi poſt hyemem zephyrus candidus regelauerit cum aura aprica frigora rhypheę brumę torpentia. Rhypheę brumę. Epitheton aptũ gelicidio brumali et eſt deflexum a populis ſeptentrionalibus: qui rhyphei dicũtur : ubi ęterna eſt hyems. apud hos montanos populos et perpetuo niuoſos ſpirat imane boreas. dicta bruma autore Varrone libro ſecundo de lingua latina quod breuiſſimus tunc dies eſt βραχυμερ grece dicitur. Torpẽtia. Subintellige uiſcera terrę. torpidum namq; facit frigus. Frigore. q̃ torpebunt ob frigus. Candidus. Serenus : uel quo flante omnia inalbeſcunt. Regelauerit. Gelu fugato calorem impreſſerit. reſoluerit. Martialis.

Succina uirginea quod regelata manu.

Idem Columella libro ſecundo. alter quod aſſiduis humoribus rigens : hoc adhibito regelatur.

Poſt ubi rhypheæ torpentia frigore brumæ
Candidus aprica zephirus regelauerit aura.
Sydereoq; polo cædet lyra merſa profundo.
Veris et aduentum nidis cantabit hirundo,
Rudere tum pingui, ſolido uel ſtercore aſelli
Armentiue fimo ſaturet ieiunia terræ :
Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos

Aprica. Temperata: molli; ſolẽ referẽte: uel aprica aperiente cęlum: quod claudi dicitur in hyeme cũ omnia niuibus et pluuiis obſita ſunt. Apricum inquit Feſtus locũ a ſole apertum a gręco uocabulo appellamus: quaſi ἄνευ φρικης .i. ſine horrore uidelicet frigoris. unde et putatur aphrica appellari. Apricos Perſius dixit ſenes qui locis apertis ſoli delectantur. Sidereo. hic eſt ſenſus ſtercorandus eſt ager cũ erit occaſus lyrę. Lyrã Hygino autore inter aſtra cõſtituta: quę inuenta a Mercurio dono Apollini eſt data: ab eoq; pro remuneratione accepiſſe caduceum pacis inſigne. a thracibus poſtmodum fœminis interfecto Orpheo muſę lyram quo maxime potuerunt beneficio illius memorię cũ figuratam ſtellis inter ſidera cõſtituiſſe appollinis et Iouis uoluntate: qđ Orpheus Appollinẽ maxime laudaret. Alii dicunt mercurium cum primũ lyram feciſſet in cylene monte arcadię ſeptem cordas inſtituiſſe ad atlãtidum numerum: qđ Maia una ex illarum numero eſſet: quę Mercurii eſt mater. referunt leſbios caput Orphei in inſulã Leſbon reiectum: ſublatum ſepulturę mandaſſe: pro quo beneficio ad muſicam artem ingenioſiſſimi exiſtimantur eſſe. Hanc lyram puto eſſe illam : quam Columella fidem uocat: Plinius libro decimo octauo fidiculam his. Pridie nonas Ianuarii Cęſari Delphinus matutino exoritur et poſtero die fidicula. In Februario menſe occidit lyra autore Naſone. ſic libro ſecundo faſtorum ſcribente. Proximus heſperias Titan abiturus in undas

Gemmea purpureis cum iuga demet equis:
Illa nocte aliquis tollens ad ſidera uultus
Dicet. ubi eſt hodie quę lyra fulſit heri?

Polo cędet. Hoc eſt relinquet cęlum et conſequenter occidet. Merſa profundo. Merſa in oceano ubi occultari ſidera dicuntur occidentia. Veris aduentum. Prænuntię ueris ſunt ciconia et hirũdo. Nidis. Ex nidis: quos incohare exorditur. Sed quoniam non ita ſubito cum aduentat hirundo nidos parat: placet nõ nidis. ſed nitidi ſcribas. Cantauit. Lege cantabit. quoniam ſuperius cędet ſcribitur. Rudere. Pro inſtrumento ſcypho ſimili accipit interpres ad ſtercora cõuehenda: quod tamen non probo. ſed rudus intelligo hoc eſt minutalia cœnulenta: quibus agri ſtercorantur. quoniam ſequitur pingui qđ rudere lętaretur ager docet Cato qui ruderatum uocat agrum rudere conſperſum. Rudus inquit Pompeius uel raudus cum dicitur res rudis et imperfecta ſignificatur. hominem quoq; imperitum rudem uocamus. Rudiarii ab eodem dicũtur: qui ſaga noua perpoliũt. Columella libro ſecũdo cenſet principatum dari fimo ex columbariis. deinde quod gallinę cęteręq; uolucres edũt: exceptis tamen paluſtribus aut nantibus ut anatis et anſeris. Maxime tamen columbinum probat: quod modice ſparſum terram fermentare comperit. Secundum deinde quod homines faciunt ſi et aliis uillę purgamentis immiſceatur. Tertium locum obtinet pecudum ſtercus: atq; in eo quoq; diſcrimen eſt. Nam optimum exiſtimatur quod aſinus facit quoniam id animal lentiſſime mandit. Id ideoq; facilius cõcoquit: et bene confectum atq; idoneum protinus aruo fimum reddit. Poſt hęc quę diximus ouillum : et ab hoc caprinum eſt. mox cęterorum iumentorum armentorum ue. Deterrimum ex omnibus ſuillum habetur. ſtercoratio res antiqua eſt auctore Plinio. Iam apud Homerum regius ſenex agrum ſuis manibus lętificans reperitur Argeus Rex in Gręcia excogitaſſe dicitur. Diuulgaſſe uero Hercules in

Italia: quę de cã fabulę ferũt ſtabula Augei euacuaſſe quę Italia regi ſuo Stercuto Fauni filio: a quo Stercus nomẽ adeptũ: ob hoc inuẽtũ immortalitatẽ tribuit. Fimũ miſcere terrę plurimũ refert: Fauonio flãte ac luna ſitiẽte. id pleriqꝫ praue itelligũt a Fauonii ortu faciẽdũ ac Februario mẽſe tãtũ: cũ id pleraqꝫ ſata aliis poſtulent menſibus. Quocunqꝫ tempore fiat: curandum ut ab occaſu ęquinoctiali flãte uẽto fiat luna decreſcente ac ſicca: Subdit Columella. Nec ignorare colonos oportet: ſicuti refri-

Pabula nec pigeat feſſum prębere nouali
Immundis quęcunqꝫ uomit latrina cloacis,
Denſaqꝫ iam pluuiis durataqꝫ ſumma pruinis
Aequora dulcis humi repetat mucrone bidentis,
Mox bene cum glebis uiuacem ceſpitis herbam
Contundat marrę uel fracti dente ligonis.
Putria maturi ſoluantur ut ubera campi,
Tunc tritura ſolum ſplendentia ſarcula ſumat,

geſcere agrũ qui nõ ſtercoret: ita peruri ſi nimium ſtercoretur: magiſqꝫ cõducere agricolę frequenter id potius q̃ immodice facere. Stercore aſelli. nã id inter ſtercora armẽtitia iudicat optimum. Solido. Bene addidit ſolido. Hoc eſt non trito nec macerato. Non enim eſt opus macerare ſtercus aſininũ. quoniã ſtatim idoneũ eſt agro ſtercorando: ut ſuperius explicauimus. Fimo. Lętamine. Plinius fimeta loca nuncupat quę fimo complentur. Ieiunia. Sterilitatem: quę accidit aſſiduo cultu ſucco exhauſto. Deductos. Scribo diductos: hoc ẽ apertos. ita nanqꝫ implentur quali ut nimio pondere aperiantur. cum inſatiabilis agricola uaſis nimineis plus ingerit q̃ ferre poſſint. Qualos. Vaſa niminea: quę per diminutionem quaſili dicũtur. Feſſum prębere. Scribo feſſo prębere. Effectum enim aruum et defatigatum nimio ſuggerendi partũ labore ſic iuuatur et reiuueneſcit. ſic habẽt emendatiora exemplaria. Quidam legunt fiſſo uel ſciſſo hoc eſt aperto ligone et cęteris ad colendum aptis inſtrumentis. Nouali. Particulę orti: quę immunis a cultu relicta fuerat. Paulus iureconſultus digeſtis de uerborum et rerum ſignificatione ſic inſit: Noualis eſt terra proſciſſa: quę anno ceſſat: quam gręci λει΄ον dicunt. dicimus hanc noualem et hoc nouale. Maro. Alternis idem tonſas ceſſare nouales:
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.
Iuuenalis: Niſi tota noualia ſenos In uentres abeant.

Pabula. Alimenta agri. Sunt enim fimi agrorum uires: quibus uiuunt: et ad partum ſufficiunt. In alio ſignificatu pabula dicuntur illa: quę herbida cibo iumentorum ſunt apta. alio nomine pabularia ſimpliciter appellantur. Immundis. Stercoroſis. Quęcunqꝫ. Repete pabula. Vomit. Egerit. ipſa non egerit. ſed agricola educit. Idem ipſe libro ſecũdo aſſerit ſic. Quędam quotidie ut culmina et cęſale: quędam pluuiis diebus ut bubilia et ouilia debent emundari. Vocat enim Columella cęſale ſeceſſum ubi: profamur bonorem: uentrem exoneramus. Latrinam hic nuncupat idem a latendo. quoniam hęc loca ex bona parte in latentibus angulis domus excitant. Cęſale ἀπὸ τοῦ κακ́σειν idest egerere. Denſaqꝫ. Senſus. Agricola terram pluuiis dẽſatam et pruinis iniecto fimo inuertat. Summa ęquora. Summam planitiem campeſtrem. Durata pruinis. Idem quod illud ſupra. quę canis iaceant urenda pruinis: Verberibus gelidis: iręqꝫ obnoxia cauri. Dulcis humi. Pro dulcis humus. Repetat. Iterum repaſtinet quę prius ſemel inuertit. Mucrone bidentis. Acie ruſticani ferramenti: utrinqꝫ denticulati: de quo Iuuenalis. Viue bidentis amans. Mox bene. Deiu ualde mouet poſt ortum effoſum occationi dandam operam. Viuacem. Quę niſi diſtracta gleba diſſiparetur uiuiſcere poſſet. Ceſpitis. Terrę euulſę cum ſua herba. Marrę. Subintellige dente. eſt inſtrumentum ruſticanum: de quo ſuperius. Fracti. Diuiſi in duo cornicula. Putria. Macerata: reſoluta: pinguia: ex Marone. Tunc te quoqꝫ medica putres Accipiant ſulci. Maturi. Tempeſtiui et egregie pręparati. Vbera. Pinguedines et fertilitates. Tritura ſolum. Quę humum terent. participium futuri temporis. quidam codices habent. tunc quoqꝫ trita ſolo. tritum ſolo eſt ſarculum quoniã nimio colendi terram uſu ſplendeſcit. iuxta illud Virgilianum. Et ſulco attritus ſplendeſcere uomer.

Sarcula. Inſtrumenta ruſticana: quibus terra purgatur. nam ſarrire purgare ſignificat. Foros. Obliquos ſulcos. Fori in alio quidem ſignificatu dicuntur tabulata nauium: quoniam per illa feruntur inceſſus: de quibus Maro libro ęneidos quarto. Impleſſemqꝫ foros flammis. Liuius theatridia hoc eſt parua theatra uocat foros qđ fora ad ſpectacula. i. areolę ſunt aſſignatę: uerba Liuiana ſunt hęc. Tum primum circo: qui maximus dicitur deſignatus eſt locus: diuiſa loca patribus equitibuſque: ut ſpectacula ſibi quiſqꝫ faceret: fori appellati. Forulos aliquando uocamus armaria: nec improprie

de quibus Satyrus. Hic libros dabit et forulos mediamq; Mineruam. per ſimilitudinem igitur nautica ſpatia: per quę ueſtigium ferre poteſt olitor foros appellauit. Aduerſo limite. Per ſulcum aduerſum quo quadrua compita et areolę: quas quaternos uulgo dicimus: adeuntur. In obliquum. Per träſuerſum. Fiũt enim i orto ſulci recti et träſuerſarii. Diſtinguat. Illis ſeparet et diſcrimine ei areolas orti.

Anguſtoſq; foros aduerſo limite ducens
Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo.
Verum ubi iam puro diſcrimine pectita tellus
Depoſito ſquallore nitens ſua ſemina poſcit,
Pingit et in uarios terreſtria ſydera flores.
Candida leucoia et flauentia lumina caltæ
Narciſſiq; comas, et hiantis ſæua leonis

Verum ubi. Poſteaq̃ docuit ſtercorandam et bipalio fodiendam terram ortenſem: nunc docet tempus appetere ut ſeratur terra ſementi pręparata longum bimou. recurre ad illud carmen in quo eſt uerbum cardinale: ponatur. Puro diſcrimine. Meta et ſepto nõ fallaci. ſed aperto et nobili. Pectita tellus. Metaphorice pro pectinata. dicitur tellus eſſe pexa quãdo raſtris adeo eſt euerſa ut nitorem quendam cõtraxerit omnibus ad ęquilibriũ compactis. Pectitum pro pexũ in eadem ſignificantia utitur hic autor libro decimo et tertio. Pluuiis uero diebus uel cum frigoribus aut pruinis mulier ſub dio ruſticum opus obire nõ potuerit: uel ut ad lanificiũ reducatur: pręparatęq; ſint et pectitę lanę. Multa poetę uario dictionũ ductu laſciuiẽtes de natiua ſede tranſferũt in metaphoricã coloniã: gẽmare uites: luxuriare ſegetes: agros ridere: ita tellurem pectere. Depoſito ſquallore. Exuto ſitu et deueſtita illuuie: quã hyemali rigore cõtraxerãt. Nitens. Splendet enim luculẽto cultu tellus. Sua ſemina. Sibi debita: quę ipſa poteſt ferre. Iuxta illud. Viuite felices: quibus eſt fortuna peracta Iam ſua. alibi. ſopor ſuus occupat artus. Candida leucoia. Zeuzma a ſuperiori. recurre ad uerbum pingit hoc ẽ Serãtur. uel plãtentur. Satu enim uiolę et ſponte naturę generantur. Ouidius. Iam uiolas puerique legunt illareſq; puellę. Ruſtica quas nullo terra ferente dedit. Plinius de uiolis hęc libro . xxi . Violis honos proximus. earum plura genera: purpureę: luteę: albę. plantis omnes ut olus ſatę ex his uero quę ſponte apricis et macris locis proueniunt purpureę latiore folio ſtatim ab radice carnoſa exeũt: ſolęq; gręco nomine a cęteris diſcernũtur appellatę Ia: et ab his Iantina ueſtis exiſtimo leucoia hic apud Iuniũ eſſe numerum multitudinis recti caſus. quoniam hoc leucoium dicitur hoc eſt Λευκόιον et hoc addendum: quod neceſſarium eſſe uideo. quoniam in eo nunc fere omnes hallucinantur: leucoia eſſe quadriſyllabicam dictionem: ſecunda uocali correpta: quod multi non aduertentes impegerunt ad obicẽ metricam. Scribit Dioſcorides pedacius libro tertio. leucoion a gręcis alio nomine uocari βασίλειον. Romani hopulam albam dicunt: iidem uiolam albam: auguſtam: uiolam autronalem: paſſarinam: et polyphuram. Familiaris eſt. Eſt enim ipſius in flore differentia. Eſt albus flos. eſt melinus. eſt cęruleus. et purpureus reperitur. Melinus mediciuis eſt idoneus. Nicander in Georgicis Iou uocatam credit uiolam quia nymphę quędam Ionię florem cum Ioui dedere muneri. Cum Ion gręci dicunt nigram ſiue purpuream fere intelligunt. Sarranas uiolas pro purpureis Columella ait. Candidarũ duo genera. alię loripedes ſiuę ſeſſiles. alię leucoia: quas mauritania cheiri appellat Loripedes quę uulgo claudę nominantur: et maurice ſenephigi. Dixit Columella Candida Leucoia: quoniam nouerat reperiri Leucoia nigra: de quibus Leucois nigris meminit Hippocrates. Paulus ęgineta ioton oleum uiolaceum dicit. ubi auguſtia nomen uiolę ſcriptum eſt a nobis apud Dioſcoridem: ſcito quoſdam ligüſtriam ſcribere: et affirmant Columellam ita canentem: nigro commiſta liguſtro: de uiola intelligere. Florum prima ſe oſtendit alba uiola. Violam iccirco dictam Ion gręci putant: qđ cum Io in uaccã a Ioue conuerſa eſſet. terra florem illũ pabulo Iouis eius fuderit. Lumina. Luminoſi flores et ſplẽdidi. Calię. Plinius libro uigeſimo primo. Proxima uiolę calta eſt cõcolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinq; folia non excedentem. Eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis calta. Narciſſi. Scribit Dioſcorides libro quarto Narciſſum a quibuſdam ἄνυδρον appellatum. ab aliis αὐτογενής. ab aliis βολβὸς ἐμετικός. ab aliis λείριον. Romani bulbum morbitarium uocant. Huius folia porro ſimilia. tenuia et minora multum. ſed latiora. caulis uacuus. non foliatus. Flos albus eſt. radix alba. rotunda. bulbacea. fructus niger. prouenit optimus in montanis locis. Scribit Plinius non a puero fabuloſo. ſed a narce hoc eſt torpore quem facit eſſe nominatum.

Saeua ora. Ponatur herba leonina: quę imitatur os leonis hyans et hyatu oſtendens non modicam ſeuitiam. lege de hac herba leonina Pedacium libro tertio capite peculiari atq; domeſtico.

περι λεοντοπετάλου hoc eſt de folio leonino. appellaẗ alio noīe leontopodion. leuceron. leoncion. Doris. Doricteris. Pardale. Thorybethron. Anemone. Romani Patabelchum uel ſemen leoninum. In hac herba ſterilis ſatis fuit Hermolaus. is Leontopodion appellari putat aliam ita ſcribens. Leontopodion hanc et in uetuſtiſſimo Dioſcoride appictam uidimus: ſimillimam herbę: quā uulgus ex noſtra conſuetudine Calendulam appellat: ut eadem omnino eſſe uideatur: Leonis habere nomen uериſi/

Ora feri, calathiſq uitentia lilia canis.
Necnon uel niueos uel cæruleos hiacynthos,
Tunc quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro
Ponatur uiola, et nimium roſa plena pudoris.
Nunc medica panacem lachryma, ſuccoq ſalubri

mile eſt et illam quam ita carmini ſuo Columella inſeruit. Et hiantis ſęua Leonis ora feri. Et alibi. Oſcitat et leo. nec pręterea quid de ipſa prodam habeo. Canis calathis. Foliis albicātibus: quę quaſillū capacitate alabaſtro faſtigato ſimili uidenẗ ęmulari. Liliū roſę nobilitate proximum eſt inquit Plinius: et quadā cognatione unguenti oleiq quod crinion appellatur. impoſitum etiam maxime roſas decet: medio prouentu earum incipiens. nec ullis florum excelſitas maior. Interdū cubitorum trium. Languido ſemper collo et non ſufficiente capitis oneri. Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis: et ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus effigie calathi. reſupinis per ambitū labris: tenuiq filo et ſemine ſtantibus in medio crocis. Eſt lilium rubēs et purpureum. Lilio flore ſimilis eſt herba conuoluolus: quam Bononienſes lingua uernacula campanellam uocant: naſcens per fruteta nullo odore nec croci intus. candorem tantum referens ac ueluti rudimentū naturę lilia facere condiſcentis. Lilium auctore Pedacio libro. iii. Romani roſam Iunonis uocāt. ſunt et lilia purpurea: laudatiſſima oleo faciendo in Syria et Piſidia Pamphilię. Necnon. Terra perinde pingit hiacynthos niueos uel cęruleos. Hiacynthos. Plinius libro uigeſimo primo. Hiacynthus in Gallia eximie prouenit. Hoc ibi pro cocco hyſginum tingit. Radix eſt bulbacea mangonicis uenaliciariis pulchre notat quę in uino dulci illita pubertatem coercet: et non patitur erumpere. Torminibus et araneorū morſibus reſiſtit. Vrinam impellit. cōtra ſerpentes morbūq regium ſemen cum abrotano daẗ. Tūc quę. Senſus. Tunc ponatur uiola pallida et purpurea. pallidulā eſſe uiolā docet Oratius his. Et tinctus uiola color amantiū. Purpurat. Purpureum colorem imitatur. Auro. Colore aureo: qualis color ē luteus. i. a lutę pelli ſimilis. Et nimium. Scribo minii pudoris. Eſt enim adiectiuū aliquando miniū. Hinc genę ab Apuleio uocātur minię: ad cuius ſimilitudinem extat carmen noſtrum. Et minię radiēt tempus in omne genę. Verecundus color: q. pudicitię ſolet inſigne haberi eſt minio ſimilis. De minio Plinius libro trigeſimo tertio ſic. Inuenitur in argentariis metallis minium quoq: et nunc inter pigmenta magnę auctoritatis: et quondam apud Romanos non ſolum maximę. ſed etiam ſacrę religionis ut autor eſt Verrius. Optimum ſupra epheſum reperitur Cilbianis agris. Arenam cocci colorem habere. hanc teri. dein lauari farinam. Et quod ſubſidat iterum lauari. Differentiam artis eſſe qđ alii minium faciunt prima lotura. Apud alios id eſſe dilutius. Sequentis autem loturę optimum. qđ ſi nimiū legere mauis non repugno. Hoc tamen elegantius. Medica lachryma. Medicinali ſucco. Panaces. Rectus caſus ſingularis eſt. ab aliis panace dicitur ut Penelope. Panaces ipſo nomine omniū morborum remedia promittit: numeroſum et dis inuentoribus adſcriptum. Vnum quippe Aſclepion cognominatur. quoniam is filiā panaceā appellauit. Succus eius eſt coactus ferulę qualē diximus. Radix eſt multi corticis et ſalſi. Hac euulſa ſcrobem repleri uario genere frugum religio eſt ac terrę piamentum. Tertium panaces chironeon cognominatur ab inuentore. Quartum genus panaces ab eodē Chirone repertum cētaurion cognominatur. Sed et Pharnaceon in cōtrouerſia inuentionis a Pharnace rege deductum. An panacęa ſalem ſignificet ex Seruiana ſententia diſputauimus in commentariis Lucretianis: quibus multis lucubrationibus et peruigiliis extremam manum tandē impoſuimus. Salubri. Salutem multiplicem ferente: quod ſupra relatum eſt. Glaucęa. Hic eſt ſenſus. Ponātur glaucęa et omnia genera papauerum: quę alliciunt ſomnos et conciliant. Plinius libro uigeſimo inter genera papauerum enumerat glaucion. ab aliis paralion appellatum. Naſcitur in afflatu maris aut nitroſo loco. De glaucio herba naſcente circa Hierapolim Syrię meminit Dioſcorides libro tertio. Glaucium herba in Parthia naſcitur guſtu amaro: granū habet croci coloris. Putat Hermolaus hac temperari collyrium quod medici diaglaucion uocant: in quod recētiores papauere cornuto utuntur aut et Chelidonio maiore. Profugos ſomnos. Qui nos porro hoc eſt procul fugiunt: nec nos ulnis quietis amplectuntur. Victura. Scribo iunctura hoc eſt conciliatura. uel uinctura a uincio hoc eſt contractura. Vincire ſomnos ea dicuntur quę ſomni moram inexpeditam faciunt.

Papauera. Non prętereundum medicamentum fieri e papauetibus: quod appellatur diacadion. Fit autem papaueris cuiuſq; ſilueſtris capitibus. c. xx. in aquę cęleſtis ſextariis tribus biduo maceratis: in eadẽq; decoctis: dein ſiccatis: iterumq; cum melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas croci: hypociſtidis: thuris: acacię: et paſſi cretici ſextarium. Hac oſtentatione ſimplex quidem et antiqua illa ſalubritas papauere et melle conſtat. A papauere fit papauereus. Ouidius. Illa papauereas ſubſecat ungue genas.

Glaucea et profugos uictura papauera ſomnos
Spargite, quæq; uiros acuunt armantq; puellas,
Iam megaris ueniant genitalia ſemina bulbi,
Et quæ ſcilla legit getulis obruta glebis:
Et quæ frugifero ſeritur uicina priapo;
Exciret ut ueneri tardos eruca maritos,
Iam breue cherepolum, et torpenti grata plato

Spargite. Serite: ſeminate omnia iſta ortenſia quę ſecuntur: quibus ſubminiſtrant alimenta Veneri. Sunt enim feruentiſſimę naturę papauer tamen frigidę. Quęq;. Quęcũq; ortẽſia proritantia uirorum libidinẽ. Acuunt. Incitant. metaphora ſumpta ab obtuſo ferro. Armant puellas. Muniũt ad nocturna bella: ne cedãt; ut cõminus pugnanti aduerſario reſiſtãt. Megaris. A Megaris ciuitate ii copioſiſſimi naſcuntur bulbi. bene dixit Megaris propter hęc uerba pliniana libro uigeſimo. Venerem maxime megarici ſtimulant. de his Martialis intellexit ſic canens. Cũ ſit anus cõiunx: et ſint tibi mortua membra Nil aliud bulbis q̃ ſatur eſſe potes. Eſt et bulbus quem uomitorium uocãt ab effectu. Genitalia. Vim genitalem et ſeminalem ſtimulantia. Bulbi. Sunt Bulbi ſilueſtres et domeſtici hoc eſt ſatiui. Silueſtres interaneorum plagas et uitia cum ſilphio pilulis deuoratis ſedant. Semen antiqui bibendum inſanientibus dabant. Et quę. Subintellige ſemina. Scilla. Scillarũ in medicina alba eſt quę maſculus. Feminę nigrę. Scilla quę candidiſſima fuerit utiliſſima erit. Coquiturq; in aceto ut ſerpentium ictibus imponitur. Protagoras ſcillam in limine quoq; ianuę ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Eſt enim tunicatum olus ſcilla ut cepa ortenſis. Scribitur hoc pacto ſcilla hoc eſt σκίλλα. ne cum Plinianis codicibus erres in quibus cum. y. legitur perperam hęc dictio. Dioſcorides libro ſecundo ſcribit hęc de ſcilla. σκίλλα. δύναμιν ἔχει δριμεῖαν καὶ πυρωτικήν. et quę ſequuntur. fit ex ea acetum quod σκιλλητικὸν hoc eſt ſcilleticum dicitur. Legit. Colligit. dicitur enim ſcilla colligere ſemina quoniam in tunicis ſuis: quas gerit innumeras habet illa complicita. Mallem tamen ſcribere, tegit. occultat enim tunicis ſuis ſemina ipſa ſcilla. Obruta. Sata. Getulis. In Getulia nanq; celeberrima naſcitur ſcilla. Frugifero. Fœcundo: autore fœcunditatis. Vicina. Quoniam illi auxiliatur defeſſo et languenti: ne iaceat. ſed erectus ad munia matris Veneris accingatur. Veneri. Ad Venerem obeundam et concubitum. Eruca Veneris irritatrix eſt. incitatrix ueneris a Plinio dicitur. quę cauſa erat ut lactucę iũgeretur in acetariis. quoniam uis frigidiuſculę lactucę feruore calidę temperaretur erucę. Poeta in oſceno carmine. Erucarum opus eſt decem maniplis. Satyrus. tu tantum erucis imprime dentem. Martialis. nec deeſt ſtupratrix ruta: nec herba ſalax. per herbam ſalacem intelligit erucam. Hęc a gręcis uocatur εὔζωμον. ęgyptii ereciceni: aphri aſuric. Tardos. Hebetes: languidos: ſegnes. de quibus tibullus. Munera ne poſcas. det munera canus amator Vt foueat molli frigida membra ſinu. Breue. breuis ſcapi. Cherepolum. quidam cerepolum ſcribũt. Plinius libro undeuigeſimo naturalis hiſtorię. Rurſus alio comitatu equinoctio autũni ſeruntur coriandrum: anetum: atriplex maluę: lapati: cerepolon: quod pederotion gręci uocant. legendum tamen eſt chęrephylon quo nomine folium gaudens uel folio exultans et luxurians ſignificatur. χαίρω gręce gaudeo. Columella libro duodecimo. Papauer et anetum candem habent cõditionem ſationis: quam chęrephylum et andraphaxis. i. atriplex. amittit. L. unum licentia poetica. φύλλον enim ſcribitur. Hermolaus tamen Barbarus Chęrephyllon hic ſcribit: quem ſi ſequeris lege in corollario in Dioſcoridem capite. ccxxx. Torpenti palato. nam acetariis additur: quę omnia languentem ſtomachum excitant. Torpenti expone hebeti et minime fameſcenti. Cicorea quidam codices habent Intyba. quę eadem lectio eſt. Nam Plinius intybum ęgyptios cichorium appellare tradit: et refrigeratoriam uim habere: quod quidem propter ſingularem ſalubritatem quidam chreſton: quidam Pancration appellant de quibus Virgilius. et amaris intyba fibris. Si cichoria legimus: et: ſequi debet. Si intyba iam. tamen doctius et accuratius loquendo. Intyba iam teneris; legendum eſt ut habent priſci codices quoniam ſecunda uocalis in dictione cichoriũ producitur. ſic. n. gręce ſcribitur. κιχώριον nec intibũ cum. y. ſcribitur ut indoctiores autumant. nam uox non gręca eſt ſed Romana. gręce uocatur σέρις ἀγρία, aliqui πικρίδα. Romani intibũ agreſtẽ. autor Dioſcorides libro ii:

Hác tamé duplicé tradit eſſe Pedacius: quarũ una é agreſtis: amara: et cichorion appellata. nec mirũ ſi Columella tradit. torpenti grata palato. nã Pedacius tradit illá eſſe εὐστόμαχον. Eius uerba ſunt hęc. ὧν ἡ μὲν ἀγρία: πικρὶς ἢ κιχώριον καλουμένη. ἡ δέ τις ἐστὶ καὶ πλατυφυλλοτέρα. καὶ εὐστομαχωτέρα. Ab eodem tamen in ſequenti capite métio fit de condrille: quam prodit et cichorion appellari: quidam hic cichora ſcribunt: ſed nugantur.

Cicorea, iam tenebris frondens lactucula fibris,
Alliaq́ infractis ſpicis, et olentia late
Vlpica, quæq́ fabis habilis fabrilia miſcet.
Iam ſiſer, aſſyrioq́ uenit quæ ſemine radix

Iam tenebris. Scribendum teneris. hoc ſenſu. Lactuca perinde ueniat: quę fibris teneris frondet. Per fibras intelligimus turſiculi radiculas. Lactucula. Parua lactuca: quę non adhuc eſt tráſlata. diminutio eſt: quę paruitatem lactucę ſignificat: cum adhuc lacteſcit. quidam intelligunt de alia herba ſimili tamen lactucę ducti hac auctoritate qđ inferius Columella de lactuca meminit. eſſet enim dedecens bis: idem pręſertim neceſſitate non cogente: repetere: quibus facile reſponde: inferius de lactucę tranſlatione a Columella mentionem fieri: iſthic uero de ſatu tenellę lactucę. θρίδαξ a gręcis lactuca dicitur. ab ęgyptiis embroſi. εὐστόμαχος eſt auctore Pedacio. Lactuculam per diminutionem teneram lactucam uocauit Tranquillus in Auguſto. Quidam de Iaſione Iunium ſcribunt intelligere: quam Plinius lactucę ſimilem tradit. Quidam de ſoncho intelligunt propter hęc pliniana uerba poſita in libro uigeſimo ſecundo. Eſtur et ſonchos: ut quem Theſeo apud Callimachum apponat hecale caule uterq́ albus et lactucę ſimiles ambo. Pręterea idem Plinius cum ageret de tithymalo ſimilitudinis herbę cum lactuca mentionem fecit. Pręterea audio herbam Endiuiam nuncupatam ſimilitudinem lactuculę pręſeferre. Sed hęc ſomnia ſunt ęgri ueteris. hic agit de lactuca notiſſima. nam lactuca lanne: lactucula: et lactecula dicit: apud gręcos Thridax et Thridacina dicitur. Alia infractis ſpicis. Habentia ſpicas non fractas hoc eſt non côuulſas. ſed coactas et conſtipatas. uel infractis diuiſis propter hęc uerba Iunii infra. habet enim alium plures cohęrentis ſpicas: eęq́ cum ſint diuiſę. Infractis enim pro ualde fractis interpretare. In. quandoq́ auget quandoq́ minuit. ut uel ſcribe inlartis. i. ualde fartis hoc eſt coagmentatis et côſtipatis. Olentia late ulpica. Et ulpica alia: quę diffundunt eminus odorem ſuum illiberalem. De Vlpico alio Plinius nó parum multa. Plautus. Plenior alii ulpici q̃ Romani remiges. Columella de ulpico ſic ſcribit libro duodecimo. Vlpicum quod quidá alliũ punicũ uocant: gręci aũt ἀχροσκόροδον appellant longe maioris eſt increméti q̃ alium. idq́ circa Cal. Octobris anteq̃ deponat ex uno capite in plura diuiditur. Sed quando conſeremus uel iam matura in tabulatum reponemus: ſeruabimus in his locis: quibus aut obruentur aut eruentur: ut luna infra terram ſit. Nam ſic ſata et ſic rurſus recondita exiſtimantur neq́ acerrimi ſaporis exiſtere: neq́ mandentium halitus inodorare. Quęq́ fabis habilis fabrilia miſcet. Lego. cuq́ fabis habilis fabrilibus eſcis. de beta intelligit: quę cum faba miſta illiberali olere conuenit fabrilibus. i. fabrorum dapibus. quippe cum iſta duo olera non ſine maximo calore coqui poſſint. Adſtipulatur Columellę Martialis ſic canens. Vt ſapiant fatuę fabrorum prandia betę. O q̃ ſępe petet uina piperq́ cocus. Blitea meretrix conuiuio menandręo inſuauis et inſipida dicitur a Plauto. Betanizare dicebat Auguſtus pro inepte agere. remanſit apud Bononienſes hęc dictio in eodem ſignificatu. Habilis. Conueniens. ſubintellige eſt. Iam ſiſer. Subintellige uerbum ueniat uel ponatur. cum ſtaphylino ſiſer Plinius libro uigeſimo numerat. Faciunt docti hanc differentiam ut ſtaphylinus ſit radix illa: quę uulgo uocatur Paſtinaca. Siſer uero Carota. Eſt enim hęc latina dictio: qua identidem utitur Apitius. Eſt ſiſer erraticum et ſatiuum. cuius uires traduntur a Plinio libro uigeſimo. Hunc Hęſius ideo ſtomacho utile uideri dixit. quoniam nemo tres ſiſeres edendo continuaret. Idem Plinius de ſiſere hęc libro undeuigeſimo naturalis hiſtorię. Siſer et ipſum Tyberius princeps nobilitauit flagitans omnibus annis a Germania. Gelduba appellatur caſtellum Rheno impoſitum ubi generoſitas pręcipua: ex quo apparet frigidis locis conuenire. Ineſt longitudine neruus: qui in decoctis extrahitur: amaritudinis tamen magna parte relicta: quę mulſo in cibis temperata etiam in gratiam uertitur. Siſer bis ſeritur menſibus Februario: Martio: Aprili: Auguſto: Septembri. Octobri. Venit. Creſcit. Propertius. Et ueniant ederę ſponte ſua melius. Aſſyrio ſemine radix. De hac Plinius in eodem libro. Syria in ortis operoſiſſima. inde quoque eſt prouerbium gręcis. Multa ſyrorum olera. Simillimam ſtaphylino herbam ſerit: quam alii gigidion uocant. tenuius tamen et amarius: eiuſdéq́ effectus eſt: coctum crudumq́ ſtomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto humores omnes. Hanc libro duodecimo radicem ſyriacam uocat Columella. quid ſi referas ad raphanorum genus quod uocant ſyriacum: de quo Plinius libro. xix. Quid enim magis ſalubre eſt opiferum ſalutareue ea radice: quę ex alto humiditatem compeſcit. Ea nanq́ morborum omnium ſeminarium eſſe ſolet ſucclamante medicorum ſchola: atq́ confeſſo.

Sectaq; præbetur madido ſatiata lupino,
Vt peluſiaci proritet pocula zythi.
Tempore non alio uili quoq; ſalgama merce,
Capparis et triſtes inulæ ferulæq; minaces
Plantantur. necnon ſerpentia gramina mentæ,
Et bene odorati flores ſparguntur aneti.
Rutaq; palladiæ baccæ uictura ſaporem,

Sectaq; pręber. Sic iunctim legēdū. Hoc ſenſu. Radix ſyriaca minutim cōciditᷣ ut olus feruens gyth excalfaciat ſuo calore cū ſit neſcio quę cōpoſitio ex lupino: ſyriaca radice et gyth: peculiariterq; apud Aegyptios. Prębetur. Potantibus ęgyptiis propinatᷣ. Satiata. Macerata. Peluſiaci. Nilotici. Peluſiū enim unū ē ex hoſtiis Nili. Proritet. Acuat et accēdat: quāuis per ſe ſint acuta et feruida. Zythi. Pro zythii. eſt compoſitio facta ex gyth: de quo ſcribit Plinius. gith ex gręcis aliquos melāthion: alios melaſpermon appellare: optimū ꝗ excitatiſſimi odoris et ꝗ nigerrimū. colligitur ſuccus eius ut hyoſciami: ſimiliterq; largius uenenū ē: quod miremur cum ſemen grātiſſime panes etiā condiat. Plautus Gyth excalfactas: qd Alexādrini uiuant zutho docet Galenus in enarratione ſententiarū Hippocratis libro ſecundo his. Nam ſi quis nouella ętate uictitet Alexandrinorū more ſalſamenta: porrūq; mādens: nec uō adhibens zuthum: ſenex uero nihil eiuſmodi ſumens lentem eſitet: auſterum epotet: non male dixeris haudquaꝗ ętatis ratione commutari deiectiones: Pęones auctore Euſthatio pro uino utebantur potione: cui nomen blytum: et parhabia. Tempore. Senſus: eo ipſo tempore ſalgama plātantᷣ hoc ē fructus omnes hortēſes: qui cōdiūtur muria quo pacto cōditur capparis. nō intelligit hanc dictionē prior interpres. per ſalgama intelligenda ſunt omnia: quę ſale et muria cōdiuntur unde ſalgamarii dicti. Columella libro. xiii. Deinde arido ſpiſſamēto fęniculi ſic cōprimi ut ius ſupernatet. Quod ut fiat is: qui huic officio pręerit ſępe ſuffundere ius debebit: nec pati ſitire ſalgama. ſed extrinſecus mūda ſpongia uaſa pertergere: et aqua fontana ꝗ recentiſſima refrigerare. Idem alibi: poſt hoc perceptū locū et uaſa idonea ſalgamis pręparari iubēt. Vili merce. Quę uili pretio uenduntᷣ. illiberalia nāq; ſunt hęc ſalgama. Capparis. Subintellige Plantetur. Vilis habebatᷣ ſalſus capparis. uel docēte epigrāmatiſta. Capparin et putri cepas alece natātes. Columellę uerba ſūt hęc lib. duodecimo. Capparis plurimis prouinciis ſua ſpōte nou alibus naſcitᷣ. Sed quibus locis eius inopia eſt: ſi ſerēda fuerit: ſiccū locū deſiderabit: iſq; debebit ante circulari foſſula: quę repleatᷣ lapidibus et calce uel punico luto: ut ſit quaſi quędam lorica: ne poſſint eā pręrumpere prędicti ſeminis frutices: qui fere per totū agrum uagantur. niſi munimēto aliquo prohibiti ſunt. Quod tamē nō tantū incommodū eſt ꝗtū quod noxiū uirus habent: ſuccoq; ſuo ſterile ſolū reddūt. nec mirū igitᷣ ſi uilē mercē dixit cū omnia iſta ſalgama uirus redoleāt: et peculiariter capparis. Capparis autore Pedacio a nōnullis uocatᷣ cynoſbatos. capria. corui malū. ophioſcordon. phylloſtaphilou. thallia. petrça. holophitou iouite. cardialycon. alloſcorodou. crinon. thlaſpis. romani ſinapi perſicū aphri herbiçatū. Triſtes inulę. Amarę inulę. Plinius libro undeuigeſimo. Breuior ſiſere et paſtinaca. ſed toroſior amariorq; eſt inula p ſe ſtomacho inimiciſſima: eadem dulcibus miſtis ſaluberrima illuſtrata iulię auguſtę quotidiano cibo. Bononienſes hodie populatim iolā uocant. Ferulę minaces. quę minantur pueris. Epigrāmaticus poeta. Et ferulę triſtes ſceptra pędagogorū. cum pheniculo. canabe: et carduis Plinius inter ortenſia numerat ferulas: quarum natura mureuis infenſiſſima eſt. Tactę ſiquidem ea moriūtur. earum ſemen cū melle ieiunis prodeſt: adde quod ſemen eius ante maturitatē cū caule comeditur. Serpentia. ſerpūt. n. humi. Menta mens: ſas odore grato percurrit. Bene odorati. recte additū ē bene. quoniam odor eſt uerbū μεσον Plinius libro uigeſimo. Anetū quoq; ructus mouet et tormina ſedat. aluum ſiſtit: epiphoris radices illinūtur ex aqua uel uino. Singultus cohibet ſemen feruens olfactum. Sumptum ex aqua ſedat cruditates. Cinis eius nuam in faucibus leuat. Oculos et genituram hebetat. Palladię bacchę. Lege baccę. de oleo intelligendum eſt rutato: quod ruta conditū ſuum ſaporem cōmendatiorē redolebat: unde Martialis rutatos oua lacertos. nedū oleū. ſed et uinū cōmēdatiorē traxit a ruta. Audi pliniū libro undeuigeſimo. Ruta quoq; ſeritur fauonio: et ab ęquinoctio autūni. Odit hyemē et humorē ac fimum. Apricis gaudet et ſiccis: terra ꝗ maxime lateritia. Cinere uult nutriri. Auctoritas etiā peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtum rutatum populo datum a Cornelio Cethego in conſulatu collega. Q. Flamminii. Ictys muſtella hoc eſt uiuerra pugnatura cum ſerpēte munit ſe ruta. Qui ſarrit manibus rutam illas exulcerat. Apud Columellam ad offenſam imprudentia tali contractam medelę leguntur. Dixit palladię baccę pro fructu olei: qđ a Pallade inuēta eſt olea. Silius. Nullaq; palladia ſeſe magis arbore tollit. Victura ſaporem. Superatura olei liquorem. tanquam ſignificare uelit ex ruta fieri liquamen bonitate pręſtans oleo. Nam ſi liquaminis: uel olei copia defierit: utrinſq; uicem pręſtat. Sūt qui uinctura legunt: ſignificaturi oleum rutatum eſſe lentius.

Se quę. ꝙ connexiue ſcribatur. hoc ſenſu preterea feratur ruta: quę edenti lachrymas moueat. Se laceſſenti. prouocanti ſe in condimentis et intinctu. Fletum factura. Excit. n. ſtillantes lachrymas.

Sinapis. Sinapin cuius i ſatiuis tria genera diximus. praxagoras principatū habere ex his: quorū ſublime uis feratur indicauit. quoniam nō aliud magis in nares et cerebrum penetret. Stomacho uti‑liſſimum contra omnia uicia pulmonisqꝫ. Senſus atqꝫ ſternutamenta capitis purgat. Calculos quoqꝫ diſcutit potum ex aceto. Fit et oleū ex ſemine madefacta i oleo exp reſſoqꝫ: quo utuntur ad neruorum rigores: lumborumqꝫ et coxendicū perfrictiones. Hoc ſinepi dicitur peculiariter a gręcis: queadmodū a latinis: ſinapi quāuis Pedaci⁹ dicat latinos σινάπε dicere. ſcribit prima uocalis cū. i. latino

Seqꝫ laceſſenti fletum factura ſinapis,
Atqꝫ oleris pulli radix, lachrymoſaqꝫ cepa
Ponitur, et lactis guſtus quæ condiat herba
Deiectura quidem fronti data ſigna fucorum,
Vimqꝫ ſuam iccirco profitetur nomine graio.
Tum quoqꝫ conſeritur toto quæ plurima terræ

Oleris pulli. Nigri. unde pullatū uocamus atratū hoc eſt nigras et anthracinas ueſtes indutum. Columella libro. xii. Atrum olus: quod quidam gręcorū uocant hippoſelinon: nonnulli σμυναιον: paſtinato loco ſemine debet conſeri maxime iuxta maceriam. quoniam et umbra gaudet: et qualicūqꝫ conualeſcit loco. idqꝫ cum ſemel ſeueris: ſi non totum radicitus tollas. ſed alternos frutices in ſemen ſummitas ęuo manet: paruamqꝫ ſeritionis exigit culturā. Seritꝰ a uulcanalibus uſqꝫ in Calen. Septembris. ſed etiam menſe Ianuario. Sed aduerte codicem Columellę mendoſum eſſe in dictione gręca. legendū eſt. n. autore Dioſcoride libro. iii. σμύρνιον. eius uerba ſunt hęc. Hippoſelinon qdā grielonꝛ aliqui agrioſelinon. aliqui ſmyrnion uocāt. Romani oluſatrū. Lachrymoſa cepa. Quę fletū acritate ſua oculos percellēs ſuſcitat. Iuxta id Maronis. Sępe uiri nares acer iaculatꝰ apertas Spiritus: et fūmo damnat ſua prandia uultu. Sępe manu ſumma lachrymātia lumina tergit: Immeritoqꝫ furēs dicit cōuitia fumo. De cepa et cepina Plinius: Dioſcorides: et Columella multa. Cromyon a gręcis dicitur. Thallos ceparum Columella caules appellat fuſti cicutę ſimiles: ſed enodes. Eius uerba ſunt hęc. Nā niſi arūdines trāſuerſas i modū iugatę uineę crebras diſpoſueris: thalli ceparū uētis proſternūtꝰ: totūqꝫ ſemen excutiet: quod ſcilicet nō ante legēdū eſt q̄ cum matureſcere ceperit. dicimus hoc cepe et hanc cepam: et cepulam. Perſius tunicatum cepe uocitat. Et lactis guſtus. Senſus ē. Seritur quoqꝫ herba ex qua miſta lacti fit cōdimētū qđ uocatꝰ oxygala. quare ad cōdimētū oxygala reſpiciēs dixit cōdiat. Deiectura. Sublatura cicatrices: et ulcera oris. Fronti data. Iuuſta fronti. Signa fucarū. Scribo focorū: et lepras: mentagras: et id genus acuta ulcera intelligit autore Plinio. Nō potes: quod retur interpres: ad ulcera facta fucis et ceruſa: cęteriſqꝫ offuciis habentibus uim ſinecticam. i. emarginatiuam: hoc referre: ſyllaba repugnāte. Sꝫ qui cū pręponatꝰ Columella dictionem lactis: libet referre ad oxygalā hoc ē lac acetoſum: quod fit ex lepidio: quo tolluntur cicatrices inuſtę cauterio et focorum referemus ad uim cauſticā per cauteriū factā. Idē Columella libro. xiii. Sūt qui ſatiui uel etiā ſilueſtris lepidii herbā cū collegerūt i umbra ſiccēt: deinde folia eius abiecto caule die et nocte muria macerata expreſſaqꝫ lacti miſceāt ſine cōdimētis: et ſolis: et ſalis quātū arbitrātur adiiciāt. Nōnulli recētia folia lepidii cū dulci lacte in olla miſcēt: et poſt diē tertiū queadmodū pręcepimus ſerū emittūt. Deide cōptū ſatureiā uiridē: tū etiam arida ſemina coriandri atqꝫ aneti et thymi et apii in unū bene trita adiiciūt: ſalemqꝫ bene coctum cribratū permiſcent. Plinius libro uigeſimo. Lepidium inter urentia intelligitꝰ. Sic et in facie cutem emendat exulcerando ut tamen cera aut roſaceo facile ſanetur ſic lepras et pſoras tollit ſemper facile et cicatricum ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat compeſcere dolorem. Memento tamen apud Dioſcoridē libro. ii. lepidiū idem eſſe quod gingidium. potes per ſigna focorū lepras intelligere quę ignitā uim habent. Dioſcorides libro. ii. ſcribit alio nomine uocari gigidiū: Romani biſacutū. herba eſt erraticę paſtinacę ſimillima. Vimqꝫ ſuā. Sēſus ē. lepidiū cū exulceret et tollat acuta ulcera lepidiū dicitur quod ab eo lacte acuto tollitur λεπὶς hoc eſt tunicula. uel lepidiū dicitꝰ a uerbo gręco λεπίζω hoc eſt decortico. Nomine graio. Habens ipſum lepidium gręcum deductum a uerbo de quo cōmodum diximus. Tum quoqꝫ. pręterea inquit Columella ſeritur braſſica: quę priſcis in honore maximo fuit: de qua ſic Plinius. In tres ſpecies braſſicam diuiſere gręci antiquiſſimi. Criſpam quam ſelinada uocauere a ſimilitudine apii. Alteram latis foliis e caule exeuntibus nullius in medicina momenti. Tertia eſt proprie appellata crambe tenuioribus foliis et ſimplicibus denſiſſimiſqꝫ amarior. ſed efficaciſſima. Traduntur hęc tamen braſſicę crimina. animę grauitatem facere. Dentibus et gingiuis nocere. et in ęgypto propter amaritudinem non eſtur.

Quę. Subintellige braſſica. Terrę. In ſinu telluris. uel errans prope terram: et intelliges de braſſica erratica. quę iuxta diſcurrens non tolli ſolet.

Toto orbe uirens. Vireſcens toto ſcapo in orbem circunacto et ſpheram q̄uis quidam legant torto. Plebi regiq;. Deſcriptio braſſicę: quę olus eſt plebeium et regium. Sunt qui credunt hunc Tiberiũ tyrānicę immanitatis taxare: uel de omnibus regibus intelligit pſilothris utentibus. Nam autore Plinio braſſica prohibet naſci pilos. uel ſuperbus dicitur rex quaſi elatus uel ut quidam putant eſt apoſtropha ad Tarquinium Superbum. Plautus in Amphitrione ſuperbum mortuum uocat quaſi ſuper alios incedat.

Orbe uirens pariter plebi regiq; ſuperbo
Frigoribus caules, et ueris cymata mittit.
Quæ pariunt ueteres ceſpoſo littore cumæ,
Quæ marrucini, quæ ſignia monte lepino.
Pinguis item capua, et caudinis faucibus orti
Fontibus et ſtabiæ celebres, et ueſuuia rura,

Caules. Folia duriora: quę eduntur hyeme ſeuiente. Veris. Quę cymata ſunt ueris peculiaria munera. uel ſubintelligatur tempore. quod tempore ueris pręcedunt. Cymata. Plinius libro undeuigeſimo. Braſſica toto anno ſeritur. quoniam et toto ſecat̃. Vtiliſſime tamẽ ab equinoctio autunni. Trāſfert̃ cũ quinq; foliorũ eſt. Cyma a prima ſectione pręſtat proximo uere. hic ẽ quidam ipſorum caulium delicatior teneriorq; cauliculus Apitii luxuria. Et per eum Druſo Cęſari blanditus non ſine caſtigatione Tiberii patris. Poſt cymam ex eadem braſſica cōtingunt ęſtiui autūnaleſq; cauliculi: mox hyberni: iterũq; cymę: nullo ęque genere multifero: donec ſua fertilitate conſumatur. Columella libro. xii. ſed maior pars eius in cymam proſilit: nec poſtea hybernum caulem amplum facit cum eſt deſecta. Cymas ſunt qui prototomos caules intelligũt hoc eſt tũ primum cęſos: de quibus inferius Moderatus. Etiam prototomos tempus decerpere caules. Et in antilogia de caulibus prototomis fit mẽtio. Ceſpoſo. Herboſo: ceſpite inueſtito oleribus. eſt unum e deriuatiuis a nominatiuo ſingulari: non autem a genitiuo. nam faceret ceſpitoſo. Cato in re ruſtica tradit braſſicam omnibus oleribus antiſtare. prodeſt his: quibus ſubſtillũ ẽ. obiter diſce ſubſtillũ eẽ quādo ſtillatim cũ dolore lotiũ id eſt urina fluit quod calculoſis euenire ſolet. Sub enim ſignificat parcitatẽ. Veteres cumę. Opus Chalcidenſiũ cumę. hinc Maro. Chalcidicaq; leuis tandem ſuper aſtitit arce. Cumę uocatę ἀπὸ τῶν κυμάτων hoc eſt ab undis: quod undoſum habent litus: et allatratum mari. Nunc facit multa braſſicę genera et cumanā pręponit. de hoc ſic Plinius libro undeuigeſimo. Cumanũ ſeſſile folio: capite patulũ. Quę. Subintellige cymata. Marrucini. Repete pariũt. Populi marſorum ſunt. Plinius in quarta regione Italię nominat. Signia. quę parit ſignia in lepino monte: uel quę conſpicienda eſt monte Lepino. Plinius libro tertio in prima regione Italię nominat ſigninos. non multũ diſtat ab urbe Roma ſignia cũ monte Lepino: qui et ſic hodie nuncupatur cum opido eiuſdem nominis ſi famę credimus. in talibus enim fidem meam non interpono. Pinguis capua. A cōditore Capy dicta: cuius tabula tẽpore Iulii Cęſaris illic effoſſa: quę dictatori portendit exitium. De ubertate capuę Plinius hęc. hinc felix illa campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles: et temulentia nobiles ſucco per omnis terras inclyti: atq; ut ueteres dixere: ſummũ Liberi patris cũ Cerere certamen. hinc Setini et cecubi obtendunt̃ agri his iunguntur falerni: caleni. et reliqua quę ſequũtur. hunc caulem non campanum Plinius appellat: ſed a Pompeis opido campanię Pōpeianũ. eius uerba ſunt hęc. Pompeianũ procerius caule ab radice tenui intra folia craſſeſcit. rariora hęc anguſtioraq;. ſed teneritas in dote fit. Frigora nō tolerat: tamẽ hoc non probo. Orti caudinis. Orti: qui ſunt apud caudinas fauces et furcas. fauces caudinę uocant̃ anguſtię in ſamnio in quibus introcluſus tanq̄ in naſſam Romanus exercitus fuit ſub furcā miſſus: de quo dictũ eſt Lucano. Vltra caudinas ſperauit uulnera furcas. Romani nota dedecoroſa ſuggillati inſtaurarunt exercitũ: et ſāniũ ita exciderũt: ut puerbialiter dictũ ſit: ſamniũ queri in ſānio. Sānites in quarta italię regione locat Plinius: quos latini ſabellos: dicũt gręci ſaunitas. de his idẽ Secũdus ſic ſabellico. uſq; in admirationẽ criſpa ſunt folia: quorum craſſitudo caulem ipſum extenuat. ſed dulciſſimi perhibentur ex omnibus. Fontibus. Hic ſenſus. ſtabię celebres fontibus hoc eſt aquoſę fontanis aquis: dant nomen cauli ſtabiano. Scabię ſcribendum ſtabię. Plinius libro tertio. In cāpano autẽ agro ſtabię opidũ fuit uſq; ad Cn. Pompeiũ et. L. Carbonẽ Coſſ. a pridie Cal. Maii: quo die ſulla legatus bello ſociali id deleuit: quod nũc in uillas abiit. Plura enim ſunt cauliũ genera apud Columellā q̄ Pliniũ. Veſuuia. Quidã proceleuſmaticũ pedẽ hũc faciũt quatuor breuibus ſyllabis. quidã ueſbia legũt per Craſin, ut ueſeuum prima correpta dicamus. Veſuuium tertia producta primis correptis ſyllabis. et ueſbia pede dactylo. primę dictiōis hoc apparet exẽplũ in Marone. et uicina ueſeuo Nola iugo. ſecũdũ exẽplũ eſt apud Papiniũ libro. iii. ſiluarũ ſic. Nō adeo ueſuuius apex et flammea diri Mōtis hyems trepidas exhauſit ciuibus urbes. Tertium exemplum hic patet. Veſeuus enim mons in Campania ardens.

Doctaq́ʒ parthenope. De Neapoli intelligit: quę Parthenope dicebatur a nomine unius e Sirenis. Apud Stephanum ſirenum nomina ſunt hęc. Parthenope: Leucoſia: Ligea: Lycophronis interpres uocari eas tradit Piſinoen. Aglaopen. Thelxiepiam: Euſtathius autore Homero tradit Sirenuſſas eſſe duas: quarum nomen ſuppreſſit. Fulgentius ſirenas meretrices fuiſſe tradit a uerbo συρω hoc eſt trabo dictas qđ illiciebãt adoleſcentiã. Docta Neapolis appellatur. Legi Neapolin ſolitos iuuenes Romanos frequentare: qui literarum gręcarum amore tenerẽtur. quare potuit hoc ſpectaſſe Papinius libro ſiluarum tertio. Quid laudem littus: libertatẽq́ʒ menãdri: Quam romanus honos et grata licentia miſcentur ſit ſenſus. qđ laudẽ comœdias iocoſas: quę lingua grȩca Neapoli recitantur: quibus miſcentur togatę Romano habitu moribus et lingua. nã Neapolitani et Romane et grȩce loquebant. Neapolim dictã refert Strabo lib. quĩto qm̃ a Chalcidẽſibus et atheniẽſib' ẽ habitata cũ prius Cumani tenuiſſent.

Doctaq́ʒ parthenope ſebetide roſcida lympha,
Quæ dulcis pompeia palus uicina ſalinis
Herculeis, uitreoq́ʒ ſiler qui defluit amni.
Quæ duri prebent cymoſa ſtirpe ſabelli,
Et turni lacus, et pomoſi tyburis arua.

Roſcida. Roruleota: aquoſa: irrigata. Lympha ſebetride. Quidã ſcribunt Sebetide pro aqua Sebeti fontis Neapolitani. Sebetidem̃ eſſe fluuiũ iuxta Neapolim tradit Seruius libro ęneidos ſeptimo. De quo Virgilius ait. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis Oebale quem genuiſſe Tedon Sebetide nympha Fertur. Statius libro primo ſiluarum. Nitidum qua ſurgit in ęthera tellus Eubois. O pulchra tumeat Sebetos alumna. Quę dulcis. Senſus. Braſſica quę in uliginoſis opidi Campanię: cui nomen Pompei naſcitur ſuperioribus annumerari ſolet. Dulcis enim palus hęc uocatur qđ aquis nõ ſalſis nec amaris: ſed uliginoſis ſcatet. Pompeia palus. Pompei pompeiorum opidũ Campanię a quo non longe abeſt Sarnus fluuius: qui ſtagnans: ut nonnulli putant: facit paludẽ nomine pompeiam. de hoc Sarno ſic Papinius. Et pompeiani placeant magis ocia Sarni de hoc caule naſcente apud Pompeios hęc Plinius. Pompeianũ proceriua caule ab radice tenui intra folia craſſeſcit. rariora hęc: anguſtioraq́ʒ. ſed teneritas in dote fit. Frigora non tolerat. Salinis herculeis. intelligit de opido herculanio ab Hercule nuncupato qui per ea loca greges deducebat: de quo ſic Statius libro ſecũdo ſiluarũ. nec te cultu tyrinthia uincat Aula: dicarchęiq́ʒ ſinus. Salinę certe multę erant in Campania. quoniam ora litoralis eſt: et opidum herculaniũ illis erat forte dotatũ. qđ campania habuerit egialon. i. oram docet Plinius ita ſcribens libro tertio. Pręterq́ʒ cętera in toto mari cõchylio et piſce nobili annotatur. mendum tamen eſſe cõiecto in codicibus Plinianis. annatatur enim ſcribendum fuit. Vitreo. Cęruleo uel perſpicuo ut eſt uitrum. quod eſt eadẽ raritas et color utriq́ʒ. Senſus eſt: et hęc pompeia palus eſt finitima non ſolum pompeis et herculanio. ſed fluuio Silero.

Siler. Fluuius eſt campanię: de quo Maro in georgicis ſic inſit. Eſt lucos ſileri circa ilicibusq́ʒ uirentẽ Plurimus alburnũ. Bononiẽſes habẽt fluuiũ eiuſdẽ nominis. De Silero amne Plinius in. iii.

Cymoſa ſtirpe. Zeuzma a ſuperiori. repete uerbũ pariunt. poteſt hic eſſe ſenſus. tunc conferant illa genera cauliũ: quę pariunt agri ſabelli cũ ſtirpe cymoſa hoc eſt cum caulibus cymis uberibus prędítis. Cymoſum enim a cyma dicimus ut dumoſum a dumo. Nam ſabellici caudes toti ſunt in cyma foliis criſpis caule defoliato hoc ẽ ſine foliis: uulgo caputios uocãt. quoniã toti ſunt in capite: in ſtirpe hoc eſt caule non habẽt folia ut peculiare eſt cęteris caulibus: qui foliis aliquando et humi luxuriãt. Sed latinius cymoſo ſtirpe ſcriberetur. Nam in uirili ſexu ſtirpem pro caule hoc ẽ trunco ponimus. Sequor in hac interpretatione Pliniũ: cuius hęc ſunt uerba libro undeuigeſimo. Sabellico uſq́ʒ in admirationem criſpa ſunt folia: quorum craſſitudo caulẽ ipſum extenuat. Sed dulciſſimi perhibentur ex omnibus. Et turni lacus. Repete. et ferantur illi caules quos parit lacus turni. locus eſt in conualle aricina ſic nũcupatus. Plinius. Nuper ſubiere lacuturres ex conualle aricina ubi quõdã fuit lacua turrisq́ʒ quę remanet Hermolaus Venetus uir alioquin abſolutiſſimus Plinianũ codicẽ emendat ex codice moderati: cum debuerit Columellã corrigere ex plinianis exemplaribus. Nam in atiquitatis reuerendę exemplaribus plinianis turris non turni legit. Erit igitur in Columella legẽdũ. Et turris lacus. ad id me impellit Pliniana maieſtas ſuffragãte codice peruetuſto: qui in diui Franciſci bibliotheca ſeruatur Bononię. Turnus Priſciano nomen eſt piſcis paluſtris: Hinc moti quidã dixerũt turnũ fuiſſe nomen paludis uel lacus. ſed q̃ ridiculi ſint patet. quis hęc legant apud Auguſtinũ in libro de grãmatica. furnitum quę loca turnos dicunt: ni mendoſus ſit codex. Pomoſi. Multa poma generantis. nã grauia illic ſoles nitent: et ſortitur aerẽ clementiſſimũ. Hac dictione Propertius utitur in quarto Elegiacon. Inſitor hic ſoluit pomoſa uota carona Cũ pirus inuito ſtipite mala tulit. Pomonã pomorũ deã: et Pomonalẽ iter flamines minimũ coluere priſci. Tyburis. Tyburtinos caules laudat: quos Pli. ſuppſit.

Brutia. Plinius libro.iii. ſic Aſilaro regio tertia et ager Lucanus Brutiuſq; incipit. nec ibi rara incolarum mutatio. Brutii defecerunt ad Annibalem: ultimiq; ad Romanos reuerſi ſunt: quare Brutiani dicti ſunt Romanorum magiſtratuum ſerui. quoniam ad id officiū Brutii deſtinati fuerunt a populo uictore. de Brutianis caulibus hęc Plinius. Frigoribus aluntur Brutiani pręgrandes foliis: caule tenues: ſapore acuti. Mater aricia porri. Aricia in qua naſcitur pręcipuum porrum mittit et genus ſuum cauliū: de quibus ſic ſecundus. Aricinum altitudine nō excelſius: folio numeroſius q̄ tenuius. Hoc utiliſſimum exiſtimatur: quia ſub oībus pene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. qd in aricia naſcatur pręcipuū porrū patet his epigrammatici uerſiculis. Mittit pręcipuos nemoralis aricia porros. In niueo uirides ſtipite cerne comas. Hęc ubi. poſteāq; inquit Moderatus ſeuerimus et ſationē herbarū ortēſiū fecerimus: curare debemus ut alant̄ ſata: et nutrita creſcant. ordo. Nos ubi credidimus ſemina terrę illam terram grauem et effertam ſeminibus fimo reficiemus. Vbi. poſtquā. Credidimus. Commiſimus ſequeſtro tāquā pignus poſuimus. Credimus enim ſemina terrę tanquam depoſitum.

Brutiaq; et tellus, et mater aricia porri.
Hæc ubi credidimus reſolutæ ſemina terræ,
Aſſiduo grauidam cultu curaq; fouemus,
Vt redeant nobis cumulato fœnore meſſes.
Et primum moneo largos inducere fontis,
Ne ſitis exurat concepto ſemine partum.
At quom fœta ſuos nexus adoperta reſoluit,
Florida quom ſoboles materno pullulat aruo,
Primitiis plantæ modicos tum præbeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroq; bicorni
Pectat, et angentem ſulcis exterminet herbam.
At ſi dumoſis poſiti ſunt collibus orti,
Nec ſummo nemoris labuntur uertice riui,
Aggere præpoſito cumulatis area glebis

Reſolutę. Apertę: cultę mangonizatę: mollitę. Cultu. opere: labore. Grauidam. Seminibus iactis diſtentam: et parturientem. Cumulato. Accumulato: multiplicato. Fœnore. Vſura. Iuxta illud Ouidianum. Semina quę magno fœnore reddat ager. Et primū. dat pręceptum quo pacto debeat foueri terra. Moneo inducere. Moueo ut inducas. Exurat partū. Semina ueſca reddat et uegrādia. Cōcepto ſemine. Poſtq̄ recepit ſemen: quod terrę hęſerit. At cum. Senſus eſt. poſtq̄ herba exerit e tepida molle cacumen humore uictis terrę obſtantibus finibus emicat: tunc eget irrigatione et ſarculo. Fœta. poſt partū icū peperit terra. Reſoluit. Aperuit. Adoperta. Tecta a cacumine pullulātiū herbularū. Suos nexus. Reſoluit. tuniculas ſemina nectentes ne poſſint egredi: uel ſinus terrę graues obſtātes tenellis plantis herbarū. Florida ſoboles. in deſcribēdis florib' floruleto carmine rerū naturā prouocat Columella: nūc deſcribit reſolutis nexibus terrę egredičtes herbas. Pullulat. Adoleſcit. Materno. In ſinu terrę: quę herbarū mater eſt. Sedulus. Diligēs: curioſus. Irrorās. Inſtillās aquā inſtar roris fouēte tenellas herbulas. Plātę. numerus ſingulariuus pro plurali. Caſus eſt cōmēdatiuus.

Modicos. tēperatos τό μέτριον gręci dicūt. Primitiis. Pro primitiis et primis laboribus: quos agricola telluri cōmodabit. Quidā primitias legūt ut ſit appoſitio. prębeat hymbres primitias hoc ē q hymbres erūt primitię laborū: quos agricola debet ortēſibus oleribus. Primitię dicunt̄ primi fructus electi ex aceruo: q arualiū ſacerdotū erāt autore Plinio. Ferro bicorni. Bipalio uel ſarculo uel bidēte de quo Satyrus. Viue bidētis amās et culti uillicus orti. Vnde epulū poſſis cētū dare pythagorçis.

Pectat ſarriat. metaphora deducta a pectine qui capillū comit et diſcriminat. Angentem herbā. Interſitam herbam: quę angit et ſtrāgulat frugiferas herbas et creſcere non patit̄. Angitiā Seruio autore Circem uocauerūt qđ angebat ſerpentes. Sulcis exterminet. extra ſulcorum terminos eiciat.

Ac ſi dumoſis. Quid coaxet hic interpres digitū nō uorterim. ſunt ſomnia ęgri ueteris. ego ſic hūc locū interpretor. Si ortus erit ubi riguus. i. qui irrigari poſſit. aut ſiccaneus qui irrigari nequeat: et in hunc ſiccaneū ortum ſunt transferendę plantę: debes prius illas transferendas. aſſuefacere ſiccitati: ne ſi ex loco uliginoſo tranſducerentur in aridum: nouitatem ſubitā exhorreſcerēt et auerſarent̄. Dumoſis. ſpinoſis. Summo nemoris. Si non poſſunt deduci riui ex ſupercilio cliuoſi tramitis. Aggere. ſenſus. Si ſiccaneus ē ortus areas et quadrua orti compita ſic eleua ut minimam ſentiāt uliginē: ut cum transferentur alio illę plantę memores parui alimenti priſtini non adoptiuum auenter appetant. per aggerē hic intelligit eminēs terrę dorſum: quo ambiuntur ortenſia compita: et areę. Prępoſito. Pręducto ante illa compita. Cumulatis glebis. Aggeſta foſſicia terra. Eſt aggeris deſcriptio.

Area. quadrum ſpatium orti. Scimus ortū in quaterniones diuidi: ut pinguius loquar. ſed apertius.

in uno cucurbitę exempli genera ſeruntur:in alio betę. unum ex illis quaternionibus uocatur area. Emineat. Excreſcat:edita ſit aggerata glebis. Vt planta cōſueſcat ſicco puluere. Vt planta:quę in locum ſiccum eſt mox transferenda: diſcat prius in matre terra ſiccitatem pati. Mutata. Ne planta poſtq̄ mutauerit altricem terram uberem: eandem ubertatem quęrat in nouerca. Loco. Ex ſinu terrę ubi ſata fuerat. Sitiens. Siti conflictetur in terra inuberi cum fuerit ſolita uligini et humori bibulo.

Emineat, ſicco ut conſueſcat puluere planta.
Ne mutata loco ſitiens exhorreat æſtus.
Mox ubi nubigenæ phryxi nec portitor helles
Signorum et pecorum princeps caput efferet undis,

Exhorreat ęſtus: Abhorreat et auerſetur ſolum ęſtuoſum ſiticuloſumq̧: cum ſolita ſit in alimentario et uliginoſo luxuriare ſolo. Mox ubi. Statim poſtq̄. hic loquitur Moderatus de tempore transferendi plantas: quod eſt oriente Ariete: quod. xi. Calen. Aprilis habetur. Hic eſt ordo.

Mox tellus alma pandet ſinū cum portitor nubigenę phryxi nō helles ſignorum et pecorum princeps caput efferet undis. Nubigenę. Geniti non ex nube: ſed ex Nephele: quę latine ſonat nubem. ex ſignificatu dictionis gręcę uox latina compoſita. Hinc Ouidius. Nepheleidos helles dixit. Athamas filius Aeoli frater Crethei genuit Phryxum et Hellen ex Nephele uxore. Si quis de hac re plura deſiderat Pii annotamenta diligenter excutiat et eiuſdem commētarios in Flaccum. Nec portitor helles. Hoc eſt. Aries: qui Phryxum quidem geſtauit. Sed Hellen pauidulam in mare deiecit: quod a caſu puellę uocatur Helleſpontus. Hinc nec portitor helles dicitur hic Aries. quoniā Hellen non transuexit. Ordo. Mox ubi portitor Prhyxi nec ideſt non autem Helles. quia Helle cecidit in mare. Portitor a portu deriuatur. tacite alludit hiſtorię. Referunt enim ex hoc portu transfretatos fuiſſe Hellen et phryxum naui habente picturam arietis. Solēt enim poetę ambiguo uerbo fabulę alludere et hiſtorię queādmodum Virgilius. remigio alarum dixit. Quidā putant Arietem hoc eſt κριὸν fuiſſe uectorem ex portu ad portum: et hoc mercede factitaſſe: hinc data poetis anſa fabulādi: quod uecturę qui exequitur officium portitor appellatur. Hinc Plautinum illud. Ego hunc portitorem priuabo portorio. Et Maro. Portitor ille Charon: quod Marcellus docte in noſtram ſententiam transfert. Propertius de eodem Charonte in hanc ſententiā. Vota mouent ſuperos. ubi portitor ęra recepit Obſerat umbroſos lurida porta rogos. A portu igitur non a portando portitor nuncupatur: et qui aliter ſentiunt parum latine ſentiunt. Nec Lucani carmen ingerant: a quo in eodem ſignificatu capitur a portu ſcilicet non a portando. Nam alludunt hiſtorię poetę. nec hac dictione uſpiam utuntur niſi in hoc ſignificatu quę ſi latina eſſet: iūgeret perinde cęteris dictionibus ac Helle. Carmina Apollonii lib. primo argonauticon quādo inducit Arietem ſimilem loquenti: uidentur tacite hanc hiſtoriam ſignare uidelicet quod Aries fuit πορθμεὺς hoc eſt transfretator. Carmina Apollonii ſi quis ſcire deſiderat annexui.

ἐν καὶ φρίξος ἔην μινύησιν ὡς ἐα ἐτεὸν περ εἰσαίων κριοῦ κριοῦ. ὃδ᾽ ἄρ᾽ ἄξειν ἐπέοντι ἐοικώς.

Nolim afferri mihi Hieronymum et Auguſtinum: quos religionis maximos Antiſtites: non latinitatis autores: ſuſpicio et ueneror. Illis enim maior cura fuit pinguiter loquendi et religioſe: q̄ nitide et irreligioſe. Quin et Hieronymus aliquando ſciens prudēſq̧ barbariſſat: in quo tamen maximus facundię torrens eſt: ſed copiam ex induſtria frangit: et humilis ex animi ſentētia uolat: cum lubet aſſurgere Demoſthene Pindaroq̧ fertur elatior. Signorum princeps. Aries princeps ſignorū dicitur. cum illum Sol ingreditur dant anno principium. Hinc Maro.

Non alias prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies: aliumue habuiſſe tenorem
Crediderim. Ver illud erat. uer magnus agebat
Orbis: et hybernis parcebant flatibus Euri.

hinc illud Ouidianum. tunc eſt noua temporis ętas. Seruiū nō probo: qui in georgicis putat alio tempore q̄ uerno annū incepiſſe. Pecorū. Nam dux gregis pecuini eſt Aries et anni noui. Caput effert undis. Egredietur aquas Oceani in quas cū cadunt ſtellę relegari dicuntur a poetis. hoc eſt cum emerget ſiue orietur. Aries quoq̧ machina militaris eſt. Fabulę hunc Arietem habuiſſe lanas aureas dixerūt unde dictus auricomus. Hinc Plautus in bacchidibus. Senem inquit faciā Arietē Phryxi: illum tondebo uſq̧ ad cutē. Varronis ſuper hac re uerba cōtexam ex libro ſecundo de re ruſtica. De antiquis illuſtriſſimus quiſq̧ paſtor erat ut oſtendit gręca et latina lingua: et ueteres Poetę: qui alios uocant polyarnas: hoc eſt multorum agnorum: alios polymelas: hoc eſt multarum ouium: alios polybutas: hoc eſt multorum bouum. Qui ipſas pecudes propter caritatem aureas habuiſſe pelles prodiderunt: ut argis Atreus quam ſibi Thieſtem ſubduxiſſe queritur et in Colchide Oeta: ad cuius Arietis pellem regio genere dicuntur Argonautę: ut in Libya ad Heſperidas: unde aurea mala. i. ſecundum antiquam conſuetudinem capras et oues: quas Hercules ex Africa in gręciam exportauit. Ea enim ſua uoce gręci appellarunt mala.

Sinum pandet. Pollicebitur eaſdem herbas quas ex ſeminibus aluit adultas iterum gremio ſuo recipere cum ſic adoleuerint ut transſerri poſſint. Adulta. nutriens illa in ſinu ſuo quoad creuerint ad iuſtam magnitudinem. Denubere. ut denubant. terra cum nutrierit ſemina uſq; ad debitam menſuram transferet illa ex ſinu materno: et adoptabit in nouam terram. cui denubere dicuntur. quoniā ei adulta hęrent et coniunguntur non ſecus ac ſi uirgini extraneę iungatur adoleſcens. Depoſitis humi nouę defixis.

Alma ſinum tellus iam pandet, adultaq; paſcens
Semina depoſitis cupiet denubere plantis,
Inuigilate uiri, tacito nam tempora greſſu
Diffugiunt, nulloq; ſono conuertitur annus.
Flagitat ecce ſuos genitrix mitiſſima fœtus,
Et quos enixa eſt partus iam quærit alendos,
Priuignaſq; rogat proles. date nunc ſua matri
Pignora. tempus adeſt, uiridi redimite parentem
Progenie, tu cinge comam, tu digere crines.
Nunc apio uiridi criſpetur florida tellus,
Nunc capitis porri longo reſoluta capillo
Lætetur, mollemq; ſinum ſtaphilinus inumbret.
Nunc et odoratæ peregrino munere plantæ

Inuigilate. uigili et acri ſtudio agricolę ne ſinite tempus transferendi plantas fluere. Conuertitur. Abit. nam per apſides cœli ſol uoluitur: ex quo fit annus. hinc a poeta dictum eſt. Atq; in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus quapropter a gręcis dictus ἐνιαυτὸς qđ i ſe ipſum recurrit: cui alludit Papinī' cū ait. Velox in terga reuoluitur annus. Dicitur latine annus a circuitu: a quo annulus: quem priſci cum Plauto dixere condaliū. Nullo ſono. Senſim ꝛ lanatis pedibus: in ſono ueſtigio. huc uergit illud Ouidi. Tempora labuntur tacitiſq; ſeneſcimus annis. Idē libro decimo metamorphoſeos. Labit̄ occulte: fallitq; uolantis ętas: Et nihil eſt annis uelocius. Idē Ouidius. Et ſtrepitum paſſu nō faciēte uenit. Flagitat. Poſtulat. Senſus. Terra: in quam transferendę ſunt plantę: poſcit alendas plantas: inuigilate et ultro poſcenti date prolē alendam. Suos. qui ſunt in alia parte eiuſdem telluris geniti. Genetrix. Cognomen telluris eſt. mater enim clementiſſima dicitur. Enixa. Quos peperit ortos ex ſeminibus: uult adultos adhuc alere. Quęrit alendos. Poſcit eoſdem ut alat. Priuignas proles. Terra petit herbas quas adoptet. Priuignus is uocat̄: qui filius ē eiuſdē matris. ſed nō patris. Vitricus maritus meę alius a patre uocatur. Sunt. n. relatiua uitricus et priuignus. Ouid. Vitricus et gladiis: et acuta dimicet haſta. Herbę: quę transferuntur in aliam terram dicuntur illius priuignę. quoniam transferuntur ex ſinu materno in terram nouercam. Vel ſecundum Aeſopi ſententiam locutus eſt: qui dixit terram eſſe matrem herbarum quę ſponte naſcerentur: nouercam uero earum quę ſeminarentur. Cum igitur eę ſerantur habent hanc terram loco nouercę. Matri. Terrę hoc epitheto donata eſt. Sua pignora. Herbas quę ſunt terrę fœtus. Dixit ſua pignora nec obſtat qđ alibi ſint natę. terra tamen uniuerſalis eſt mater. Viridi progenie. Herbis uiridi colore comantibus. Redimite. Coronate: comite. Tu. O holitor. Cinge comā. Crines telluris floribus redime. Digere. In diuerſum ſere hoc eſt diſſipa. Criſpetur. Reſpicit ad folia apii quę ſunt criſpula. Florida. floribus redimita. Reſoluta. a laboribus ſoluta: et tandem a cultu illam fodientis agricolę uacans uel reſoluta hoc eſt exinanita et euacuata porris impleatur Staphilino. Hoc ē ubi fuerat porrū carota ſuccedat. Longo capillo. Fimbriis et capillamentis porri. Capitis porri. Hoc eſt qui capilli ſunt in capite porri uel intelligit poeta ſubobſcurus de porro capitato. Inumbret. Vmbra ſcapi ſui non paruū tegat terram. Staphilinus. Scribendū cū. y. in ſecunda uocali. hic a gręcis autore Dioſcoride libro tertio cognomentu ἄγριος hoc eſt agreſtis dicitur. Alii ceraſcomen uocant. Romani carotam: alii paſtinacam ruſticam. ęgyptii babibyron. aphri ſicham. Notandum Dioſcoridem nō paſtinacam. ſed phaſtinacam proferre. Plinius libro uigeſimo paſtinacam erraticam uocat Staphylinū. Nūc et odoratę. Intelligit de croco: qui ſpectatus in Sicilia floret. Peregrino munere. Qui et non natiuus eſt in Sicilia. ſed aduentitius. ex cilicia nanq; propagauit in Sicilia. quod Pliniana hęc uerba demonſtrant libro uigeſimo primo. Prima nobilitas Cilicio croco ꝛ et ibi in corico monte. Dein lycio monte olympo. Mox Centuripino Sicilię. Aliqui phlegręo ſecundum locum dedere. Adulteratur nihil ęque. Probatio ſinceri. impoſita manu crepat uelut fragile. Vel dixit Columella peregrino munere qđ Italia crocum ſortita fuerat peregre ueniens ex Sicilia uidelicet: Cilicia ꝛ cyrenis: et id genus regionibus ubi ſpectatiſſime floret. Odoratę plantę. Croci emittentes odorem; quo utebantur cum theatra uino croco immixto ſpargerent. quod tetigit Epigrammatiſta cum inquit. Et cilices nymbis hic maduere ſuis. Eſt enim nominatiuus pluralis plantę. Hęc Plinius.

Montibus ſiccaniis hyblę. Ex monte Sicilię: cui nomen eſt Hybla. Sampſuca. Amaraci. nomē heterocliton ut męnala. Scribit Plinius Dioclem medicū et ſiculā gētē appellaſſe amaracū: quod ęgyptus et Syria ſampſucū. Sampſucū tradit Dioſcorides quoſdam uocare triphyllon: alios amaracum: alios agathides: alios cnecion: alios acapnon. Pythagoras thramben. ęgyptios ſopho. Armenios myuron. Romanos męzuranā. Optimum Cyzicenū et Cyprium. Subſequens ęgyptium. In Sicilia uocant amarantum. De hac herba non tacuit Virgilius libro primo ęneidos ſic canens. Fotū gremio dea tollit in altos Idalię lucos: ubi mollis amaracus illum Floribus: et dulci aſpirans complectitꝰ umbra. Subdit Seruius. Hic puer unguētarius fuit: qui caſu lapſus dum ferret unguēta maiorem ex confuſione odorem creauit: unde optima unguenta amaracina dicuntur. Hic poſtea in herbam ſampſucū uerſus eſt: quā nunc amaracū dixit. Odor amaracini ungēti fugitur a ſue auctore Lucretio. Huc uergit illud Gelianum adagiū. Nihil cum fidibus gracculo: nec amaracino ſui. Veniant. Creſcant. Propertius libro primo Elegiacon. Et ueniant hederę ſponte ſua melius. Hilari canopo. Laſciuia et ilaritate ſuperfluēte. Canopus auctore Strabone libro ultimo centum uiginti ſtadiis diſtat ab Alexandria. per foſſam ad ſacra ſerapidis canopum itur nauicula impudenter canentium mulierum plena. Papinius. Cur'ue terannęi laſciuiat ora canopi. Satyrus. Nequitiā et mores urbis damnante canopo. nūcupata eſt a Menelai gubernatore canopo. A laſciuia: quę pruriebat circa fontē canopum a Varrone canopitici dicuntꝰ laſciui et oſceni his uerbis. Nobis ſaperdę uidemur cū ſimus canopitici. Vbi ſaperdā: qui ſe ſapere credit intelligimus. Et lachrumas. Si ſequimur codicē inuulgatū per Cireniā uirginē Silphiū intelligemus: quod delachrymat maguderi ſine laſer. Nā traditur Cirenen filiam Penei raptā ab Apolline delatam in Africā: nomē dediſſe cirenaicę regioni ubi multū naſcebatur ſilphium. Sed ne ſic intelligamus duo obſtant: qđ ſilphium in Italia minime naſcitur: cui hęc pręcepta canit Columella. Adde qđ Cirenia adiectiuū pro nomine proprio non poneretur: Cirene nanq; ſcribere debuiſſet. Hęc omnia me inuitant ut pro Cirenia uirgo Cynareia uirgo ſcribā: ut intelligā de myrrha herba: quę guſtu imitatꝰ ſuccū myrrhę arboris. Sciūtꝰ enim Cynarę regis filiā fuiſſe myrrhā cū patre concubuiſſe: ab eo profugientē cōuerſam fuiſſe in hanc arborē myrrhā: de qua nos in cōmētariis Plautinis multa. Fulgētius libro. iii. mythologicon de myrrha ſic. Myrrha genus ē arboris de qua ſuccus ipſe exudat. Hęc patrem amaſſe dicitꝰ. Iſtę. n. arbores in India ſunt: quę ſolis caloribus cremantꝰ: et quia patrē oium rerū ſolē eſſe dicebāt: cuius opitulatu cuncta germinū adoleſcit natiuitas: ideo et patrē amaſſe dicitꝰ: dūq; grādioris fuerit roboris ſolis ardoribus crepās rhagades efficit: per quas ſuccū deſudat: quod myrrha dicitꝰ: et redolētibus lachrymoſa guttulis fletus ſuaues ſciſſuris hyantibus iaculatꝰ: unde Adonē genuiſſe fertꝰ. Adon gręce ſuauitas dicitur. Sed ut diximus hic de herba myrrha: nō aūt arbore itelligit de q̄ herba myrrha Plinius hęc lib. uigeſimo. Panax piperis ſaporē reddit. Et magis etiā ſiliquaſtrū ob id piperitidis noie accepto. Libanotis odorē thuris: myrrha myrrhę. Siquis tamē pertinaciter de laſerpitio uellet hic mētionē haberi legat. nō Cyrenia uirgo. ſed Cyrenia uirga. Laſerpitiū nanq; caule ferulaceo creſcit. Nam tradit Plinius in cyrenaica prouincia fuiſſe repertū ſilphium. Sed melior. Si de ſilphio intelligimus hoc carmen erit ſeiunctū a ſuperiori: ut cū de laſere mentio ſit habita nūc ſe transferat ad herbā myrrhā. Mallim tamē hoc eſſe ſuperioris carminis interpretamentum. Nam cum Moderatus ſatis pro certo habeat ſubobſcurū carmē ſuperius eſſe: ponit hoc ut: quod obſcurum erat fiat apertius. Tamē de ſilphio non intelligere Iuniū hęc una ratio me monet qđ in Italia nō naſcitꝰ. Stactis. Melior myrrha ſtillatitia: Diximus in ſuperioribus quemadmodum myrrha quibuſdam temporibus anni rhagades efficit: quibus guttatim ſtillat: a quibus ſtillis ſtacte dicitur hoc eſt ſtillatitia στάζω nanq; gręce ſignificat ſtillo. Plautus i Curculione. Tu mihi ſtacte: tu cinamomū: tu roſa: tu petalion. Stacte ſtactis i ablatiuo exit.

Sicaniis croceæ deſcendāt montibus hyblæ

Nataq; iam ueniant ilari ſampſuca canopo,

Et lachrymas imitata tuas Cyrenia uirgo,

Sed melior ſtactis ponatur achaica myrrha,

Et male damnati mœſto qui ſanguine ſurgunt

Achaica. Gręca tanq̄ herba hęc uenerit ex gręcia. Et male damnati. Falſo iudicio poſtpoſiti Vlyxi. Senſus ē. Hiacynthi nati ex cruore perempti Aiacis hoc tpe ponantꝰ. Fabula legitꝰ apud Ouidium libro. xii. metamorphoſeos quemadmodum mortuo Achille ſuper armis ſuis duo pręclariſſimi heroes cōtēderūt Aiax et Vlyxes. Hic prudētiſſimus: ille fortiſſimus. tandē palma uictoriaq; armorum ſedit apud facundum Vlyxem. Indignatus Aiax qđ imbellis ſibi bellicoſo pręlatus eſſet inſaniit: et tenens flagellum ridibundus percutiebat Arietes duos: dicens ſe percutere Vlyxem et Agamemnonē. Tandem ſe ipſum interfecit: Vel ut Teucer frater inſimulat in rhetoricis percuſſus fuit ab Vlyxe. De Aiacis riſu extat gręcum prouerbiū alias a nobis recitatum. Cruore Aiacis flos emicuit: qui uocatur Hiacynthus et lugubris flens adhuc mane: quę cauſa uulgus impulit ut mœrentiolum dicat.

Comitat᷑ inquit Plinius hunc floré fabula duplex et Hiacynthũ ceſu ab Apolline interemptũ et hũc heroem Aiacẽ. De hoc prępoſtero pro Vlyxe contra aiacem iudicio exclamatio Apuleiana libro de aſino decimo. Nam tunc autore Ouidio fortis tulit facundia palmam. Aeacius uocatur aiax ab ęaco auo.

Immortales amaranthi. Semper florentes nunq̄ morientes: nunq̄ marcẽtes. de hoc ſic ſcribit Plinius libro uigeſimo primo. Amaranto nõ dubie uincimur. Eſt autem ſpica purpurea uerius q̄ flos aliquis: et ipſe ſine odore. mirumq; in eo gaudere decerpi: et lętius renaſci. Prouenit Auguſto menſe. Durat in autumnum. Alexandrino palma: qui decerptus aſſeruatur. Mirumq; poſtq̄ defecere cunctiſ floribus madefactus aqua reuiuiſcit et hybernas coronas facit. Sũma eius natura in nomine eſt: appellato quoniã non marceſcit. Cęterũ ut Pliniana uerba percipias ſcito amarãtũ ab. a. priuatiua particula nuncupatum: et μαραίνω. marceſco qđ nunq̄ marcet.

Aeacii flores immortaleſq; amaranti.
Et quos mille parit diues natura colores,
Diſponat plantis olitor, quos ſemine ſeuit.
Nunc ueniat q̄uis oculis inimica corambe.
Iamq; ſalutari properet lactuca ſapore,
Triſtia quæ releuat longi faſtidia morbi
Altera crebra uiret, fuſco nitet altera crine.
Vtraq; cecilii de nomine dicta metelli.
Tertia quæ ſpiſſo ſed puro uertice pallet.
Hæc ſua cappadocæ ſeruat cognomina gentis,

Et quos. Hic eſt ſenſus. olitor plantet ſeriatim et diſpoſite flores omnes. quos ſeminauit prius. tãq̄ dicere uelit. ſata quęcunq; ſi trãſferantur fiunt meliora. Colores. Pictos et coloratos flores. Diues. fertilis: quę abũdat fœtibus.

Diſponat plantis. ſeriatim plantando pangat et ordinet. Quos ſeuit. quos prius fœtus aut flores ſeminauit olitor. Oculis inimica coramble. Coramble braſſica cauliſq;. ex Ariſtophanis interprete multis uerbis κόρα pupilla. βλάπτειν nocere: coramble ergo braſſica dicta: inquit Ariſtophanicus interpres: qđ oculis noceat. Idem putat ex Lycurgi oculis natam: quem uites cędentem Bacchus uitilagineis uinculis colligatũ: pręcipitauit in mare: mœrentem ac longe lachrymãtem: ex cuius lachrymis natus eſt caulis: unde diuinitus accidit: ut uitis: ac caulis antipathiam habeant. Sterileſcunt enim uites caulium radicibus hęrentes. Legibusq; ſympoſii apud ęgyptios elyxa braſſica pręſumit᷑: ne ſubrepat ebrietas: cui ſummopere caulis aduerſatur. Hęc eſt opinio barbari in Dioſcoridem his. Braſſicã antiqua gręcia nõ Cramben: ſed Rhaphanon appellabat quod et Ariſtoteles ut Iulius Pollux inquit: et Theophraſtus fere ſequitur: Crambe quaſi Coramble dicta exiſtimatur: quod pupulas oculorum: quas gręci coras uocãt: hebetet auctore Columella: ſed et ipſi quoq; attici Corambem dicũt eam. Dederit hoc locum prouerbio fortaſſe repetitam braſſicam uedũ nocere: ſed occidere. ergo hic: corambe: attice legatur: qđ dedecet deriuatione pro principali uoce uti. Faſtidia morbi. Appetitum ciet lactuca: conualeſcẽtibus ideo dari ſolet ut obtuſum palatum irritet: et famem ſalubrem prouocet: hinc illud poetę. Grataq; nobiliũ requies lactuca ciborũ. Scribit Plinius lactucã faſtidiũ ſtomachi tollere unde dapibus pręferẽ. Crebra. Denſis foliis. Fuſco crine. Nigris foliis: de qua Columella in. xii. meminit: et Plinius in libro undeuigeſimo. Vtraq;. Et fuſco crine et crebro lactuca prędita. Plinius purpuream maximę radicis Cecilianam uocant. Columella. Earum quę fuſci et uelut purpurei: aut etiam uiridis coloris et criſpi foliũ uti Ceciliana mẽſe Ianuario recte diſſeritur. Cecilii. Accepit nomen a cultore: quemadmodum et familię lactucinorum ipſa nomen dedit. Puro. Non fuſco. ſed lucenti: et pallido. Cappadocę. Hęc inquit deuecta ex cappadocia ſeruat nomen gentis: de qua Plinius meminit libro. xviiii. Columella. At Cappadocia quę pallido et pexo denſoq; folio uiret mẽſe Februario. Et mea. Supple lactuca: nata in patria mea. ideo uocat ſuã. hoc carmen cum ſequenti iungitur hoc ſenſu. Pręterea eſt aliud lactucę genus: quod Gaditanum dicitur candidis foliis et thyrſo. Gaditanus enim fuit Columella proinde lactucã iſtam Popularem uocat. Eiuſdem uerba ſunt hęc libro nono. Non enim omni mari poteſt omnis eſſe: ut helops: qui Pamphilio profundo nec alio paſcitur ut atlantico faber: qui generoſiſſimis piſcibus adnumerantur: in noſtro gadium municipio: eumq; priſca conſuetudine zæum appellamus. Gades. Strabo libro tertio geographię. Extra columnas gades ſunt: de quibus tantum diximus qđ a calpe ſtadiis. dcc. et. L. interuallo diſiunguntur. prope autem erumpentem betim ſitę ſunt: de quibus prolixa diſſeminatur oratio. hi enim ſunt uiri: qui et plurima et ingentia emittentes nauigia noſtrum et exterius mare nauigant: cum neq; magnam habitent inſulam: neq; multum e continente fructum legant: neq; aliarum ubertate fruantur inſularum: ſed magis pelagus inhabitent. Pauci admodum rem domeſticã curãt: uel Romę moram ducũt.

Nam incolarum magnitudine nullis extra Romam poſitis gens eſſet inferior accepi in uno ętatis noſtrę cenſu. equeſtris ordinis gaditanos quingentos eſſe cenſos: quot in nulla italicarum urbium: pręter Patiuinos obuenere. Balbus Gaditanus triumphalis uir Neapolim deduxit: ex ambabus dedu cta eſt didyma. Tarteſſi littore pro ripa ponitur. Nam apud Strabonem Tarteſſus nomen eſt opidi et fluuii. Immo tradit Strabo betim appellari Tarteſſum. Sed cum tradat Eratoſthenes contiguam

Et mea, quam generant Tarteſſi littore gades,
Candida uibrato diſcrimine, candida turſo eſt.
Cypros item paphio quam pingui nutrit in auro
Punicea depexa coma, ſed lactea curæ eſt.
Quot facies, totidem ſunt tempora quę ſerendi.
Ceciliam primo deponit aquarius anno.

calpę terram uocari Tarteſſiam: per litus Tarteſſi melius intelligemus oram omnem maris Gaditani. Candida. Idem Moderatus libro duodecimo. Quę deinde candida et criſpiſſimi folii: ut in prouincia Betica eſt finibus Gaditani municipii: menſe Martio recte pangitur. Vibrato diſcrimine. habens hanc differentiā qđ criſpiſſimum folium habet. Vibratum intortum uocamus. quod enim criſpum eſt. id uibratum eſt et intortum. Diſcrimen pro differentia ponitur in hoc enim differt a cęteris lactucis qđ folium implexum habet. Candida turſo. habens tyrſum candidum. Turſum dicimus ſignificare uolentes caulem lactucę. upſilon. u. cōuertitur in. u. Tyrſiculum lactucę ſolitū comeſſe Auguſtum cum ęſtate ſitiret prodit Tranquillus. Cypros. Senſus eſt. et lactuca cypria: quā nutrit Cypros in pingui aruo Paphio. de qua ſic in. xii. Iunius. Eſt et Cypri generis ex albo rubicūda lęui et tenerrimo folio: quę in idibus Aprilis cōmode diſponitur. In aruo paphio. Tanq̄ melius hęc Cypria lactuca proueniat in aruo paphio: hoc ē in Papho urbe Cypri. Fluctibus allatrata: a qua Venus Paphia dicta. Depexa. Pectinata folia habens hoc eſt lęuia non criſpa ad differentiam ſuperioris. Punicea coma. Purpureis foliis. ſubintelligatur; in: uel: cum. Quid ſi legis puniceas comas ut ſit figurate dictū pro habēs comas purpureas pexas. Nam poetis peculiare ē ac prope genuinū ſchemate huiuſmodi laſciuire. Lactea. Lactuca: quę alibilis ē plena lactis. illa Gaditana uel Cappadocia. nā a ſucco lacteo lactuca dicta. uel intelligit de peculiari lactuca: cui nomē meconis: quę lactenti ſucco plurimū exuberat: de qua ſic ſcribit Plinius. Eſt etiānū alia diſtinctio atrę: quę meconis uocat̄ a copia lactis ſoporiferi: q̄q̄ omnes ſomnū parere dicūtur. Apud antiquos Italię hoc ſolum genus earum fuit: et ideo lactucę nomen adeptę. Meconis uero quaſi papaueracea ſiue papauerea dicitur hęc lactuca a lacte ſoporem conciliante. Scimus enim papauer ſomnificum eſſe unde cereale dictum: quippe quo uſa ſit Ceres ad leuandum mœrorem ſuper amiſſa filia Proſerpina conceptum. Nec me pręterit eſſe qui cereale uocent a Cerere hoc eſt pane cui autore Plinio immiſceri ſolitum fuit. Matthęus Moretus municeps meus gemmariorum ſcalptorum priminominis oſtendit mihi peruetuſtum ſignum Cereris ſedentis in lapide: cui e regione Scapus papaueris uiſitur: ut moneretur obliuiſcendum amiſſę Proſerpinę dolorem ac anxitudinem conceptam. Saxum uero: cui inſidebat Agelaſtos petra hoc eſt ἀγέλαστος πέτρα. ἐπὶ τῶν λύπης προξένων πραγμάτων λέγεται. ἔστι δὲ ἡ πέτρα αὕτη ἐν τῇ ἀττικῇ ἐφ᾽ ἧς ἐκαθέσθη ἡ δημήτηρ ὅτε τὴν κόρην ἐζήτει. hoc ē de triſtitia affectis dicitur. Eſt autem ſaxum hoc in Attica in qua ſedit Ceres quādo filiam querebat: de hoc agelaſto hoc eſt triſti ſaxo ſenſiſſe in Faſtis Ouidiū tradidimus in Plautinis commentariis cum ita caneret.

Tunc etiam ſedit gelido meſtiſſima ſaxo.
Illud cecropidę nunc quoq; triſte uocant.

Curę eſt. Curemus ut pangatur lactea lactuca antiquitus Italię maxime culta: et a quo nomen eſt inditum herbę. Quot facies. Formę: qualitates: quot ſpecies lactucarum ſunt; tot erūt illis tempora ſerendi. Ait tamen idem inferius. Fere tamen aprico cęli ſtatu: quibus locis aquarum copia eſt pene toto anno lactuca ſeri poteſt. Quę quo tardius caulem faciat: cum aliquod incrementum habuerit: exiguam teſtam media parte accipiat: eo quaſi onere coercita in latitudinem ſe diffundit. Moderato congruit ita ſcribēs Plinius. Eſſe nigras: quarum ſemen menſe Ianuario ſeratur: Albas quarum Martio: Rubentes quarum Aprili. Quanq; ſerendi. Quācūq;. Mutant tempora ex mutatione faciei. Deponit. Plantat: depangit. Aquarius. Ianuarius menſis quando ſol ingreditur Aquarium. Eſt enim tunc primus annus: qui Romanis Ianuario menſe incipiebat. Plinius libro duodeuigeſimo naturalis hiſtorię. Et cum ſol in Aquarium ſentiatur trāſire: quod fere. xvi. Calen. Februarii euenit. Cappadocam. Cappadociam lactuca. Premit. Depangit: et transfert. Ferali menſe. Februario. quando parentabant priſci et feralem cœnam ſtruebant: quam ſilicernium peculiariter appellabant. Eſt enim februare expiare. Ouidius in Faſtis.

Februa Romani dixere piamina patres.

Cappadocamq; premit ferali menſe Lupercus
Tuq; tuis Mauors tarteſida pange calendis.
Tuq; ſuis Paphien iterum iam pange calendis.
Dum cupit, et cupidæ quærit ſe iungere matri.
Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo.
Ingenera, nunc ſunt genitalia tempora mundi.
Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis
Bacchatur Veneri, ſtimuliſq; Cupidinis actus
Ipſe ſuas adamat partes, et fœtibus implet.
Nunc pater æquoreus, nunc et regnator aquarum

Lupercus. Non ſerit ſeu tranſfert lupercus lactucam. Sed in mẽſe februario: quo ipſi diſcurrebãt urbem nudi: ſerebatur: quare poetice dicitur Lupercus illam ſerere. Nota eſt hiſtoria quemadmodũ Romani luperci nudi urbem luſtrabant: et mulierum manus plectebãt ut parere poſſent. hinc ab Ouidio dictum. Excipe fœcundę patienter uerbera dextrę: Iam ſocer optatum nomen habebit aui. Lupercos Marcus Varro libro primo de lingua latina uocari putat qđ in lupercali ſacra faciunt. Alii lupercos a lycęo tẽplo arcadię dici putãt huc. uergit illud propertianũ. quęq; licẽs fabius ſacra lupercus habet. Mauors. Mars: qui et mamers: unde uocati Mamertini. Pange. Plãta. Tarteſida. forma patronymica gręca a tarteſo. Tarteſis tarteſidos dicit̃ de Gaditana lactuca intelligit: de qua ſupra. Et mea quam generãt tarteſi littore gades. Calẽdis. In principio Martii menſis. Paphien. Cypriam natam lętiſſime in Papho. Suis calendis. Menſe dicato Veneri: qui eſt Aprilis: cui ſententię ſuccinũt hęc Ouidiana carmina. Aprilem memorãt ab aperto tempore dictum. Quem Venus iniecta uindicat alma manu. Quod ut Ouidiana carmina percipias ſcito Aprilem multos ab aphrodite hoc eſt Venere deflectere quaſi aphrilẽ. Dicta Venus ẽ aphrodite a gręcis a latinis Spumigena. quoniam genitura eſt ſalſa. Ariſtoteles autor in libris de generatione animalium: a quo carpitur Herodotus tradens ſemen indorum et maurorum eſſe nigrum. cum omnium ſeminium candicet. Dum cupit. Senſus: dum terra ſalax eſt: et parturit in Aprili: cũ omneis latebras Cupido pererrat: tum maritabis humum nouis depactis ſeminibus. Cupit. uel terra ſemen recipere: uel ſemen ebulliens ui genitali cupit hęrere ſinui terrę: melius tamẽ refertur ad ſemen. Cupidę matri. Terrę: quę lęto gremio excipit ſemina. Se iungere. radices agere humi. ordo. Ingenera dũ cupit et reliqua. Molliſſima. reſoluta: mollita: niuibus pruinis: coloni labore. Facili. Faciliter admittente ſemen. Ingenera. Inſere in humo generãdi cupida. Genitalia. Generãdo accõmoda. Tũc enim uerna temperies: quo homines: ferę: arbores: et quę cęruleo fert mõſtra ſub ęquore Tethys in furias ignemq; ruũt. amor omnibus idem. Arbores ut animantia cętera uerno tepore in Venerem pellici docet ſic feſtiuiſſime ludens Claudianus in Honorii nuptias. Viuũt in Venerẽ frõdes: omniſq; uiciſſim Felix arbor amat. nutant ad mutua palmę Fœdera. populeo ſuſpirat populus ictu: Et platani platanis: alnoq; aſſibilat alnus. a Lucretio libro primo de rerũ natura genitabilis aura fauoni dicitur. Amor ad coitus properat. Nunc omnia amore percita in furias ignemq; ruunt: et ſimilis congreſſum cupit. huc uergit illud Lucretianum ad Venerem.

Deniq; per maria ac monteis fluuioſq; rapaces:
Frondiferaſq; domos auium: campoſq; uirenteis
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem
Efficis ut cupide generatim ſecla propagent.

Spiritus orbis. Afflatu Zephyrius: qui totũ perambulat orbem et afflatu ſuo uaporat: in Venerẽq; pellicit. Bacchatur Veneri. furit in Venerem. ad coitum Venerium ſtimulatur. Bacchari eſt furore ſe commouere. Papinius. Multoq; pares bacchamur ad aras. Bacchanal Plautus locũ ubi bacchanalia exercentur. locus furoris et tumultus. Actus. agitatus ſtimulatus. Ipſe. Spiritus orbis. per ſpiritum orbis intelligunt quidam uirtutem genitiuam. ipſe ſpiritus. Suas adamat partes cupit cõgredi cum partibus: quas amat et appetit: hinc ducti quidã philoſophi principia rerũ poſuerũt odiũ et amicitiam per ſpiritum orbis quidam intelligunt formam: quę materię congredi cupit huc uergit illud Ariſtotelicũ primo de phyſico auditu. Materia cum forma eſt cauſa omniũ rerum: quę fiunt in ſubiecto. ſicut materia. ideſt ſubſtantia eſt cauſa omnium accidentium. Forma eſt qđ diuinum: optimũ: et appetibile. Fœtibus implet. inſeminat terrę uis genitalis prolem omnium rerum: et illam ſemine ſuo grauidam reddit. Nũc pater ęquoreus. Oceanus. diſcurrit nũc Iunius per omnia elementa ſingillatim et ait oceanũ cõgredi cũ ſua ſalacia oceanũ cũ thetyde. Oceanũ poetę maris deũ nũcupãt: et a Neptũno ſeiũgũt. cũ oceanus et Neptũnus p mari ſumant̃. dicit̃ n. mare oceanus qđ ẽ ὠκύς. i. uelox. Regnator aquarũ. Neptũnũ itelligit. Ille. Oceanus. Tethyn. Fuit tethys duplex mater et filia. Illa cũ q̃ rẽ habuit Pele⁹ ex q̃ nat⁹ ẽ Achilles. filia Tethydis uxoris oceani phibet̃. Hic. neptũ⁹.

Ille ſuam Tethyn, hic pellicit Amphitriten.
Et iam cæruleos partus enixa marito
Vtraq; nunc reſerat, pontumq; natantibus implet.
Maximus ipſe deum poſito tam fulmine fallax
Acriſioneos ueteres imitatur amores,
Inq; ſinus matris uiolento defluit imbre.
Nec genetrix nati nunc aſpernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria, hinc montes, hinc totus deniq; mundus
Ver agit, hinc hominum pecudũ uolucrũq; Cupido

Pellicit. In coitũ prolectat. Amphieriten. Scribo ampitriten. Hęc coniux neptũnia perhibetur. Quę pro aqua ponitur: quę terram circũlatrat. Elementũ enim terrę ambitur ab aquatico: idq; ſonat dictio gręca ἄμφι enim circũ dicitur. τρίβειν terere: unde deflectitur amphitrite. de qua primo metamorphoſeos ſic meminit Ouidius. Margine longo Brachia terrarum porrexerat Amphitrite. Suidę uerba ſunt hęc. ἀμφιτρίτη δὲ ἡ θάλασσα. i. amphitrite eſt mare. Cęruleos partus. Belluas Oceani cęrulei maris referentes imagines. Vtraq;. Et amphitrite et Tethys. Referat. Scribo reſerat hoc eſt aperit. mare nanq; dicitur aperiri quãdo mollitie uerna pacatur. Declamans a contrario Satyrus ait. Cum iam mercator Iaſon Clauſus: et armatis obſtat caſa cãdida nautis. et hoc uerbum refer ad pontum: qui inclusa una litera dicitur quaſi πόνος hoc eſt labor uel παρὰ τῶ πον τίζειν. Natantibus: Piſcibus et Marone. Alituum pecudumq; genus: formęq; natãtum. Maximus deum. Maximus Deorum Iuppiter. Nunc dicit Iouem geſture in Venerem. Poſito fulmine. emollitus amatorium in morẽ ne iunctę noceat amicę poſito ſumatur pro depoſito. Fulmen dicitur a fluore flammę. Fallax. Fallens iunonem. pellicis appetens amplexus. dicitur in codẽ ſignificatu fallacioſus. Imitatur amores. Exercet nunc amorẽ ut olim cõſueuit. Acriſioneos. Danaes filię Acriſii. Acriſii regis filiã danaen a patre ne corrumpereẽ incluſam turri Iupiter in aurũ uerſus imminuit: hoc eſt auro cuſtodes domuit: illiſq; ducibus ad pudicitiam Danaes irrepſit; ex iſto concubitu natus eſt Perſeus: qui χρυσογενής dicitur a gręcis: a latinis uero aurigena. Sidonius. Cũ matrẽ impleret filius Aurigena. ἀκρισιώνη inquit Suidas ὄνομα πατρωνυμικόν. Antipater Theſſalonicenſis ſuffragatur ſententię illorum: qui aſſerunt Iouem auro: hoc eſt largitione irrepſiſſe ad Danaen ſcribens Homerum rectiſſime Venerem uocaſſe χρυσῆν hoc eſt auream: quoniam ii muneera feras cuſtodia uicta eſt. Nec prohibent claues: et canis ipſe tacet. Sed quis mallet Antipatri gręcos uerſus legere ſubtexui.

πάντα καλῶς. τόγε μὴν χρυσῆν ἔτι τὴν ἀφροδίτην
ἔξοχα καὶ πάντων εἶπεν ὁ μαιονίδης.
ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρης φίλος: οὔτε θυρωρὸς
ἐν ποσὶν: οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
ἢν δ' ἑτέρως ἔλθης: καὶ ὁ κέρβερος. ὦ πλεονέκται.
Οἱ πλοῦτον πενίην ὡς ἀδικεῖτε μόνοι.

Matris. Terrę: quę Iuno dicitur hoc eſt ἥρα unde heroes appellati: et Heretum opidum: de quo Perſius. Fregerit heminas Heren ędilis iniquas: qui nunc mons rotundus. Iupiter eſt pluuia itidem apud Maronem in Georgicis. Iupiter omnipotens fœcundis hymbribus ęther Coniugis in gremium lętę deſcendit et omneis. Magnus alit magno commiſtus corpore fœtus. Auctor Auguſtinus. Violento. Raptim decidente: iuxta illud Maronianum. Ruit hymbriferũ uer.

Genetrix. Terra: quę Iouis mater dicitur: eadem Cybele: ops eadem dicta. lege Lucretium explicantem doctiſſime Cybelen antiquos coluiſſe terram ſignificare uolentes: quod accuratiſſime idem in ſecundo ſic explicauit. Hanc ueteres graium docti cecinere poetę Sedibus in curru biiugos agitare leones: Aeris in ſpatio magnam pendere docentes Tellurem: neq; poſſe in terra ſiſtere terram. Adiũxere feras. quia quãuis effera proles officiis debet molliri uicta parentum. Muraliq; caput ſummũ cinxere corona Eximiis munita locis qd ſuſtinet urbes. Nati iouis. Quidam cupidinis legunt: qui ẽ in cũ ut terra nectatur amore. nã Cupido emerſit ex terra ante Chaos. auctor Plato. Nexus. Amplexus filii. Hinc. Excitata ab hoc Cupidine. Ver agit. Celebrat uernos coitus. Quidã ſcribũt totũ mũdũ: hoc ſenſu. uernę illecebrę et plecubilia uerni tẽporis agũt hoc eſt i Venerẽ urgẽt et ſtimulant totũ mũdũ mariaq; et montes. Hinc. Ab hac uerna temperie et illecebra. Cupido. Voluptas in Venerem ruendi ſubintellige naſcitur. Genere maſculino ſignificatur deus: Fœminino irritamẽtum. Igneſcit menti. Mentem complet ignitis uredinibus: accendit ignem calorificum: quo omnia feruntur in amorem. Menti expone in mente. uel circa mentem. Mens enim coitum prępara.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sæuit. Tumultuatur. carnifex eſt animi et cordis: Hinc Plautus ait amorem primū apud homines carnificinam eſſe cōmentum. Nam autore Plauto in mercatore accedunt. Cura: ęgritudo: inſomnia: ęrumna: error: et terror et fuga: ineptia: ſtultitiaq; et temeritas: incogitantia: excors: immodeſtia: petulantia: cupiditas: et maliuolentia: Inhęret etiam auiditas: deſidia: iniuria: inopia: contumelia: et diſpendium: multiloquium et pauciloquium. Dum ſatiata. Senſus. amor nunq̄ deſiſtit igneſcere et ſęuire dū hoc ē uſq; quo excluſcerit partus nouos. Satiata ponit̄ p defatigata ſęuire agitare oeſtro ſuo animantia: uel expone ſaturata poſt perceptas uoluptates. Compleat. Impleat. Fœcundos artus: Membra fœcunditati deſtinata ab ipſa natura: qualis eſt generationi locus accōmodus. qualo in mulieribus ē interfemineū: quod et ab Apuleio uirginal appellatur. Frequentet. Impleat: et frequentiorem reddat nouis editis fœtibus. Prole noua. Noua ſobole genita. Vacuo æuo: Vacato orbe animantibus: ęuum pro ętate et tempore hic poſitum: ἀιων Grĕci dicunt.

Atq; amor igneſcit menti, ſæuitq; medullis
Dum ſatiata uenus fœcundos compleat artus
Et generet uarias ſoboles, ſemperq; frequentet
Prole noua mundum, uacuo ne torpeat æuo
Sed quid ego infreno uolitare per æthera curſu
Paſſus equos audax ſublimi tramite raptor?
Iſta canat maiore deo quem delphica laurus
Impulit, et rerum cauſas et ſacra mouentem

Hinc apud Grĕcos παρομιώδης uerſus. ἀιων πάντα φέρει. Hoc eſt. omnia fert ętas. Torpeat. Squalleat: marceat. Vbi enim hominum frequentia deſideratur omnia torpent ibiq; lux ciuilis deſideratur. Sed quid. Iam reſipiſcit Poeta: caſtigatq; ſe ipſum q̄d audeat uti tam prolixa euagatione: preſertim cum iuſſent orti canendi. Infreno curſu. Curſu effreni: exlegi: rapido: tumultuanti. Infrenis dicitur et infrenus: quod nullo freno: nullis ue retinaculis cohibetur. Metaphora ſumpta ab equis expatiantibus ad poetam pręter decorum euagantem. Ego audax. Inſtar Phaetontis audens cœlum perambulare. Paſſus. Subintellige ſum. Raptos. Licentia euagandi raptum abductos in ſublime. potes coniūgere cum ſuperioribus hoc ſenſu. quid ego paſſus ſum ideſt toleraui uolitare per ętera curſu infreno pro effreni: uago: inuitum aurigam in pręceps agente. excutiente in ima. Equos raptos. Potes ſcribere cum priſco codice equis raptor: hoc eſt trahor ab equis. ut. cum ſe effudere quadrigę Addunt ſe in ſpatia: et fruſtra retinacula tendens Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas. Sublimi tramite: Per ſublime et accliue iugū: unde facilis deſcenſus nō ſperatur.

Iſta. Nūc modeſte ſe totum in ſublimia effuſum recolligit Iunius et ait. maior Poeta res naturales ordiatur: ſat bene mihi cum muſa deciditur ſi ruſticus ero: et olerum poeta. Maiore deo. Baccho et Apolline. me uero tantum ruſticanę Thalię impellunt et Dryades. Tale id Satyrographi. Eid omnis Nyſſę Cirręq; feruntur. Delphica laurus. Apollineum numen: quod Delphis auguſtiſſime colebatur: de quo Poeta in oſceno carmine. Delphos Pythius orbis umbilicum: quod carmen explicatur his Claudiani uerſiculis in cōſulatum Theodoſii. Iupiter ut perhibet ſpatiū cū diſcere uellet Naturę: regni neſcius ipſe ſui: Armigeros utrinq; duos ęqualibus alis Miſit ab eois occiduiſq; plagis. Parnaſus geminos fertur iunxiſſe uolatus. Cōtulit alternas Pythius orbis aues. Bene dixit delphica laurus. Illa enim eſt honoratior: et maioris dignitatis inſigne. Laurus triumphis proprie dicatur inquit Plinius uel gratiſſima domibus: ianitrix Cęſarū pontificūq;. Quę ſola et domos exornat: et ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato: Delphicam et Cypriam. Pompeius Leneus adiecit quā muſtacem appellauit quoniam muſtaceis ſubiiceretur: Hanc eſſe folio maximo flaccidoq; et albicante. Delphicam ęquali colore uiridiorem: maximis baccis atq; e uiridi rubentibus. hac uictores delphis coronari et triumphantes Romę. Delphica laurus. Spiritus Apollinis. cui dicata eſt laurus. Rerum cauſas mouētem. afflatus Apollineus extimulauit hunc epicum et heroicū poetam mouētē hoc eſt uoluentē et meditantem canere cauſas et ſacra rerum. Sacra orgia. Sancta adyta et ſecreta naturę. Orgia proprie loquendo ſacra bacchica nuncupantur. abuſiue uero omnium deorum. Orgia ſcribit Suidas eſſe myſteria et ſacra. Orgeonas tradit idem uocari ſacra colentes deorum cui ſtatuę dicatę ſunt. ὀργιάζειν eſt deorū orgia perficere hoc ē myſteria. Subdit idē. σέλευκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι, τοῦ σόλωνος ἀξόνων ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι, τοὺς συλλόγους ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς. Hoc eſt tradit Seleucus philoſophus orgeonas uocari orationes uel ſermones ſiue colloquia habentes circa heroes aut deos. Aeſchylus quoq; de hac re meminit. de his ſcripſit Philochorus: et Iſęus in quadam oratione: et Aelianus in libro de prouidentia. Subdit idem Suidas. Ὀργεῶνες δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν ἢ ἡρώων συνιόντες. ὀργιάζειν γάρ ἐστι τὸ θύειν. Hoc eſt. Orgeones ſunt: qui cōueniunt laudes deorum et herorū celebrātes: orgiazin eſt ſacrificare.

Orgya naturæ ſecretaqꝫ fœdera cœli.
Extimulet uatem per dindyma caſtra cybelles.
Perqꝫ citeronem, nyſeia per iuga Bacchi,
Per ſua parnaſi, per omiſſa ſilentia muſis
Pierii nemoris bacchæa uoce frementem
Delie te pæan, et teeuie euie pæan.
Me mea calliope cura leuiore uagantem
Iam reuocat, paruoqꝫ iubet decurrere gyro,
Et ſecum gracili connectere carmina filo,

Fœdera cœli. uīm. et cōcordiam cęleſtium poteſtatum cum terrenis. Concordia nanqꝫ et diſcordia conſtant omnia. Iuxta illud Ouidianū. Diſcors concordia fœtibus apta eſt: quod elementorū cōiunctionem iuſta lance cohęrentium ſignificat: et iuſtis gradibus quibus omnia generantur in terris: quod ſpectaſſe Pythagoram nonnulli putant cum numeros ſuos prędicauit: de quibus Beotius inſit. Tu numeris elementa ligas. Potes et in hoc loco per fœdera cęli intelligere nexū rerum ſuperiorū cū inferioribus. Extimulet uatem. Repete laurus. Hoc eſt furor Apollinis conceptus agat: mentem poetę per ardua poetarū. Didyma. Dindyma ſcribe. eſt enim mons Troadis ubi colitur cybeleia quo dindymene dicitur. Hoc eſt furore poetico uates corripiatur quali ſolēt galli. Hoc in loco erat Dindymenę matris deū fanum. Alii aūt Dindymum eſſe, mōtem phrygię maioris matri deorum ſacrum: unde fluuius Sangarius in pontum fluit euxinum: nō nullis Sāgaron uocatur. Hermogenes in phrygię deſcriptione tradit quandā nomine Saugam uenerantem Rheam in hoc flumen conuerſam nomen ei dediſſe. Stephani uerba. Dindyma mōtes troadis: a quibus Dindymene dea. Locale. Dindymenęos. Dindymothen ex dindymo. Caſtra cybelles. Appoſitio. Hoc eſt quę dindyma ſunt caſtra Cybeleia: ubi ſcilicet Cybeleii ſacerdotes. cum grege ſuo ſemiuiro caſtrametantur. Perqꝫ citheronem. Et extimulet uis et afflatus Apollinis huuc uatem per citheronem montem. Saltus atticę citheron eſt. Nyſeia. Suidas. νυσήιον. ὄρος διονύσου hoc eſt nyſeiū mons Bacchi. Nyſſa ciuitas lydię: de qua ſic Strabo libro decimo quarto. Nyſſa ad mediterraneam iacet: et maxima ex parte monti accumbit: et quaſi biurbs eſt. Nam torrens quidam urbem diuidit cōuallem efficiens. Eius pars pontem impoſitum habet: quo ambę urbes coniunguntur: pars amphitheatro exornata eſt: quod occultum torrentis excurſum habet. Theatro duo inſunt extrema: quorū alteri gymnaſiū ſubeſt iuniorū. Alteri uero forū et ſenaculū. Campus ad auſtrū urbi ſubiacet queādmodū Trallibus. In uia inter Tralles atqꝫ nyſſam uicus ē nyſſaēſtū nō procul ab urbe nomine acharacha: ubi Plutonium eſt: luco ſumptuoſo circūdatum. Item Plutonis ac Iunonis delubrū: et antrum Charonium natura admirabile: quod luco imminet. Tradunt ęgrotos: qui horum deorum curis uacant eo proficiſci: atqꝫ in uico ſpecui uicino apud ſacrorum peritos immorari: qui pro eis insomnientes curas ex in ſomniis captant: hi deorum remedia inuocantes ſępe illos in antrum ducunt: ubi tanqꝫ i cauerna manētes: multos dies et ieiuni et quieti exudāt. nōnunqꝫ ęgrotātes ꝓpriis in ſomniis intendūt ductu et conſilio ſacerdotum. Per ſua. Subintellige iuga. Per omiſſa ſilētia muſis. Stimulabit uatem Phœbus per loca nemorenſia ſilētio plena. ſed a muſis ſilentia omittent: hoc eſt interponentur audito furore uatis ui numinis agitati. Melior lectio tamen hęc fuerit. Per omiſſa ſilētia muſę. Hoc ſenſu. Phœbus ager poetam per loca ſilentioſa muſarum omiſſiora hoc eſt negligētiora: quę nullo negocio interpellātur. Omiſſum nuncupamus negligens: tardum: ſegne: inactuoſum. Muſę demum pro muſarum: numerus pro numero ritu poetico ponitur. Bacchęa uoce. Furibunda uoce et euanti quali utuntur Bacchę: unde Naſo. Fertur ut aonio concita Baccha deo. Frementem. Vociferātē: tumultuātē: exululātē. Delie. Vox euātis poetę inuocātis Apollinē: qui a delo inſula maris ęgei cognomen adeptus eſt. Hęc uero delos dicta autore Plinio qđ repēte comparuit δηλόω eſt manifeſto et appareo. Te. Subintellige inuoco. Pęan. Apollo. ἀπὸ τοῦ παίειν a feriēdo: Euie. ſubintellige inuoco te o bacche: dicit. Euius Bacchus quaſi bonus fili⁹. Reperio hęc in Suida. εὐιε διόνυσω ἐνθουσιαστικός. Hoc ē euie hymnus Bacchi. furori accōmodus. Ouid. Pars euie euie clamāt. Pęan. Vel ſubintelligēda eſt cōiūctio: et uel ſenti Apollinē et Bacchū idē numen eſſe. Bacchus: Apollo. i. ſol numina ſunt una: ex hoc exemplo qđ in parnaſo mōte Apollini cōſecrato colit et Bacchus. In parnaſo Bacchanalia alternis annis agunt: ubi et ſatyrorū cernit cœtus et uoces et crepitus cymbalorū exaudiunt. Sed quid uerbis immorari: nuāt ꝓnie Euripides idē numē Bacchi et Apollinis putat ſic ſcribēs: δέσποτα φιλόδαφνε. βάκχε. παιὰν. ἄπολλον. εὔλυρε. Me mea. Senſus. Ego qui paganus ſum poeta: et ſemiruſticulus nō audebo depoſcere mihi: quod ē aliorū et digniorū. Cura leuiore. me curātē leuiora. Reuocat. A peragratione parnaſi: et ululatibus poeticis ad cultum ortorum. Gyro. Per paruum ſpatium, non ita rapienti ingenio temere permittere habenas. Secum. Cum muſa rura colente. Filo. pro ſtilo. filum orationis inde dictum a Gelio.

D

Quæ canat inter opus muſa modulante putator
Pendulus arbuſtis, olitor uiridantibus ortis.
Quare age quod ſequitur paruo diſcrimine ſulci
Spargantur cæcis naſturcia dira colubris,
Indomito male ſana cibo quas educat aluus,
Eſt ſatureia thymi referens thymbræq́ꝫ ſaporem.
Et tenero cucumis, fragiliq́ꝫ cucurbita collo,
Hiſpida ponatur cinare, quæ dulcis iaccho

Muſas modulāte. Scribo muſa. Succinet.n.mihi muſa inter opera ruſticana. Arbuſtis qui pendet ex arboribus dum ſequiť Sūmas alta tabulata per ulmos. Olitor. Ortulanus repete quę carmina mea canat. Quare age. Agedū hortātis eſt. Senſus. quare cū deceat me poetā eſſe ſeruientē agricolis iubeo te naſturcia paruo interuallo ſerere. Plinius libro undeuigeſimo ſic de hac herba loquiť. Naſturtiū nomē accepit a nariū tormento. Et tamen uigoris ſignificatio prouerbio id uocabulū uſurpauit ueluti torporem excitantis. In arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Bononiēſes lingua uernacula uocant herbā bruſcham. Quod ſequiť. ſubintellige explicemus: quod ſupereſt explicandū. Paruo diſcrimine ſulci. paruo interuallo ſerať naſturtium. Spargantť. ſeminentur. Dira. Infenſa: infeſta: inimica. Cęcis colubris. Vermibus: quos parit aluus ex immodico et indigeſto cibo. hos uocat cęcos colubros a ſimilitudine: qua reptilia pręſeferunt. Sed per dictionem cęcos rem preſſius explicauit. hi enim lumbrici ſunt exoculati: q̄uis inter ſerpētes ſit unum genus: quod ceciliarum uocāt: quas Bononiēſes eadem dictione uocitant. a colubro fit colubrinum. Plautus. Colubrino ingenio eſtis ambę. Plinius tineas hos lūbricos uocat. Galenus libro tertio aphoriſmorum aſcaridas. Indomito cibo. Nō digeſto: ex quibus ſuperfluis alimētis naſcuntur tineę. explicatior ſuperioris uerſus ſententia. Quas. Colubras: et tineas. Dicimus enim hic et hęc coluber. Educat. alit. Aluos. Scribo aluus. in aluo nanq́ꝫ ad molē excreſcunt. uel more Plautino et priſco pro aluus: ut ſeruos pro ſeruus. Satureria. Plinius libro undeuigeſimo. Liguſticū ſiluestre eſt. In ligurię ſuę montibus ſeritur. Vbiq́ꝫ ſuauius ſatiuū ſed ſine uiribus panacē aliqui uocant Crateias. apud gręcos cunilam bubulam eo nomine appellat. Cęteri fere cunilaginem. Thymbram uero quę ſit cunila. hęc apud nos habet uocabulum et aliud: ſatureia dicta in condimentario genere. Seritur menſe februario: origano ęmula. bononienſes lingua uernacula ſaporeiam uocāt. quoniam intinctibus additur: quos uulgo ſapores dicimus cum moreta latine: intinctus: et embammata dicunť. Thymi. Plinius libro uigeſimo primo. Thymum colligi oportet in flore et in umbra ſiccari. Duo autem ſunt genera eius. Candidum radice lignoſa in collibus naſcens quod et pręfertur. Alterū nigrius floriſq́ꝫ nigri. Vtraq́ꝫ oculorum claritati multum conferre exiſtimantur et in cibo et in medicamentis. Item diutinę tuſſi ecligmate faciles excreationes facere cum aceto et ſale. Referens. Repręſentans. Thymbrę. Dixit Plinius thymbram in condimentario genere eſſe ſatureiam. nil mirū igitur eſt ſi ſapit thymbram. Videtur tamen Columella aliquā differētia cognoſcere inter thymbram et ſatureiam q̄uis non multum diſſentiant thymbra ſatureiaq́ꝫ. Quintus Serenus ſpeciō Thymbrę ſatureiam intelligit: ut ſatureia ſit non Thymbra ſimpliciter: ſed Thymbra cephaloteuquam Plinius cunilam capitatā nuncupat. Sunt e gręcis recentiores q̄ Thymbra neutro genere dicunt numero multitudinis. Ouidius ęmulus gręcorum hoc in ſatureia ſeruauit. Sunt qui pręcipiant herbas ſatureia nocētes ſumere. Cucumis. Cucumerū multa ſunt genera: de quibus inferius affatim. Fragili. Quod et ictu modico frangitur: quod ſpectans Lucius Apuleius inquit. Nos cucurbitę caput nō habemus ut pro te moriamur. Vel Lucius ſignare uoluit ipſum non animas habere multiplices ut cucurbita: cui ablato uno collo poteſt multiplex renaſci. Sunt enim ſeminoſę cucorbitę: quo epitheto uocanť a Poeta in oſceno carmine. Hiſpida. Muricata: hirſuta. Ponatur. Serať. Cinara. Inſulſiſſimus hic interpres cinaram uocari tradit qđ gaudet cineribus: cum ſi inde etymō haberet: deberet cinera uocari. ſed hūc intepretem in errorem traxerunt hęc uerba Columellę libro duodecimo ſic poſita. Cinarę ſic enim lege in Iunio non cinerę: ſobolem melius per autūni ęquinoctium diſponimus: ſemen commodius circa Cal. Martii ſeremus eiuſq́ꝫ plātam circa Cal. Nouembr. reprimemus: et multo cinere ſtercorabimus. Id enim genus ſtercoris huic oleri uideť aptiſſimū. Nō uidit hic amuſos et infeſtiuior libetriis homo cinaram dictionem gręcam eſſe: nominaq́ꝫ e gręcia detorta latinā etymologiam nō admittere. Hic legendum Cinare ut Penelope. Sed de carduo fit mentio nunc a Iunio in quo gloriari poſſum ex gręca doctrina tanq̄ e pharo lucem literatis omnibus et cum luce portū ueritatis aperuiſſe. Qđ cinara ſit carduus docet Dioſcorides libro tertio tradens achantaleucen Romanos ſpinam albam: et carduum rhamptarium: quem gręci uocant ἀγριακινάραν. Vides carduum me colligere ex uerbis Dioſcoridis eſſe cinarā: hic Carduus nō ſatis cognitus erat Pedacio mea quidē ſentētia: nos altilē carduū uocamus: uulgo archicarduū gratiſſimū in ſecūdę mēſę cibis. Nō.n. ſapit naturā cardui agreſtis

qui agriocinara dicit̃. ſed inter illos principatum ſuperbit. Ego peculiari epitheto altilem carduum uoci/
tare ſoleo. Nã ſi Plinius altiles uocat aſparagos: cur nobis hũc altilẽ carduũ uocare nõ liceat? Verba
Pliniana. Silueſtres fecerat natura corrudas: ut quiſq; demeteret paſſim: ecce altiles ſpectãtur aſpara/
gi. Plinius libro undeuigeſimo de altili carduo intelligit cũ ita loquit̃. heu prodigia uẽtris: mirũ eſſet
non licere carduis pecori neſci: uõ licet plebi. Non longe inferius idem. Poterant uideri dicta omnia:

Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo
Mureolo modo crine uiret, deflexaq; collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea uertice pingit,

quę in prętio ſunt niſi reſtaret res
maximi quęſtus nõ ſine pudore dicẽda. Certum eſt quippe carduos
ap̃ carthaginẽ magnã cordubãq;
pręcipue ſeſtertia ſena milia e par/
uis his reddere: qm̃ portẽta quoq;
terrarũ in ganeã uertimus: etiã ea
quę refugiunt quadrupedes con/
ſciẽ. Cardnos ergo duobus modis ſerũt: autũno plãta: et ſemine ante nonas martias. Plãtęq; quę ex eo
diſponunt̃ ante idus Nouẽbris: aut in locis frigidis circa fauoniũ. Stercorant̃ etiam ſi placet lętiuſq;
proueniunt. Multa de carduis Palladius libro quarto: inter quę hoc notatu dignũ duxi: ſi cacumina ſe/
minũ cardui cõfringas: ſpinis carebũt. Itẽ ſi ſemina eorũ madefeceris per triduũ laurino oleo uel nar/
do: uel opobalſamo: uel ſucco roſę: uel maſticino: et poſtea ſiccata depreſſeris: eiuſdẽ ſaporis orienticu/
ius unguẽtũ ſemina cõbiberũt. Cõtra talpas: ſubdit idẽ Palladius: prodeſt catos frequẽter habere in
mediis carductis: ubi carducta uſurpant̃ pro locis carduo cõſitis. Scolymos gręce quoq; carduus dicitur:
florẽte ſcolymo cicadę acerrimi cãtus ſũt: mulieres libidinis auidiſſimę. uiri cõtra i coitũ pigerrimi ut
ſcripſere Heſiodus et Alcęus poetę. lege Theopraſtũ de plãtis. Dulcis. Quã Bacchus hoc eſt cõuiua/
tor et nepos quiſq; temulẽtus et uinoſus experiet̃ dulcẽ: et ſaporem non illiberalẽ uino cõciliare. Eſt
enim ſubamariuſcula hęc cinara uinũ odore: ut mirrha: cõdiẽs. mecũ ſtat Hermolaus Barbarus ut pu/
to qui i cęna nuptiali Triuultii quartũ decimũ miſſũ fuiſſe refert carduũ pineũ: quã maluit ſcolymon
ſiue cinarã uocare. Hic ẽ ille Triuulſius Ioannes Iacobus nomine: uirtutis et felicitatis alumnus: quẽ
alterũ Martẽ dictitare ſoleo: in quo italicũ robur unũ ac prope ſingulare ſupereſt: cuius pectora fi/
des ut peculiare ſacrariũ inſidet: et ut cito me expediã fortunã hic uicit et homines. Iaccho. pro quo/
cunq; merobibo et ad potũ uini prelicenti ponit̃. Nec grata. Nõ utilis: nõ cõueniẽs. Phœbo. Ho/
mini cãtum ſolito frequẽtare quod Phœbi perhibet apud Iouẽ munus. Tibullus. Qualẽ te memorãt
Saturno rege fugato Victori laudes cõcinuiſſe Ioui ingratus eſt carduus Phœbo et phonaſco hoc eſt
magiſtro uocis. quoniã arterias offendit propter ſuã amaritudinem: et cõſequẽter uocẽ ſtrãgulat. Omnia
amara ledunt arterias: dulcia leniũt et cõplanãt. In amaris nãq; partes extremę. ideſt ſuperficies ſunt
aſperę: in dulcibus leues. quidquid eſt aſperũ ſtringit arteriam. Hęc modo purpureo. Hęc Cinara
modo uerticẽ ſine flore leuat: modo flore coronat̃. Plinius libro uigeſimo primo. Mirũ qđ ſine inter/
uallo tota ęſtate aliud floret in eo genere: aliud cõcipit: aliud parturit. Glomerata. Cõglobata ſcapo
pineato in ſimilitudinẽ glomeris. Corymbo. Scapo ſimili racemo hederaceo: qui peculiariter corym/
bus appellat̃: unde Bacchum corymbiferum dictitamus. Ouid. Feſta corymbiferi celebrabat gręcia
Bacchi. Mirtiolo. Hermolai uiri ętate noſtra doctiſſimi uerba ſuper hac re ponã. ideſt coma et uer/
tice ſimili muricis ideſt oſtreę buccini. Plinius de carduo: muricatis folia cacuminibus: et murtiolũ ſe/
men lentiſci Columella ipſe infra appellat ceu ab hac figura qua naſcit̃ ipſe folliculus: niſi quis mur/
ceolo legat pro lãguido quando murceã ſocordię deã uocabant que faceret murcidos: autor Auguſti/
nus. Ego nihil immuto myrteolũ crinẽ uerticem cardui uocans a colore floris myrti arbuſculę. Tales
pene colores immo ſororios aduerti myrto florẽti in litore Ceſenę: et cardui floribus: quos ut certa fi/
de locũ hũc Iunii enuclearẽ ſpectaui in carducto florẽtiſſimo: quod alitur cura reguli noſtratis in ſeceſ/
ſu paradiſoq; geniali: cui nomen uiolę: a deliciis ſemper uernantium uirectorum eſt inditũ: quo fre/
quẽs ſecedere ſoleo ad releuãdos tũ ęſtus tũ curas: nec ſine Theſeo meo hoc eſt Auguſtino Tẽcharario
eloquentiſſimo Pragmaticorum! Erit enim nomen inditum myrteolo colore myrti: quem in floribus
dũtaxat referre ſolet. Nec diſplicet ſi murceolo pro languido ſcribas: quoniam ſequitur. deflexaq;
collo hoc eſt habẽs collũ inflexũ. Ita enim uertice graui opprimit̃ et multis frondibus ſubnaſcentibus
et agnatis redimit̃: ut collũ põderi ſarcineq; nõ ſufficiat eadẽ eſt hęſitatio Barbari in corrolario i Dio/
ſcoridẽ in uoce ſcolymoſ. heret gñ muricco ſit hic ſcribẽdũ. i. aculeato: a muricibus: ſunt. n. muricata
ſcolymo cacumina. Quid ſi murceolo pro lãgudo et cito euaneſcẽte ſcribas: a murco. Quid ſi mur/
teolo. i. Venereo: qđ Venerẽ irritat ſcolymus murtia eſt Venus liuio quaſi mirtea a myrto Veneri dica/
ta Cinara eſt carduus ſatiuus. Paulus et Aetius Scolymon a Cinara diſcriminant: priorẽ ſtomacho
prodeſſe: Cinarã officere mõſtrãtes. Vel murceolo crine dixit p floribꝰ q ſũt cinarę capillacei et murini
coloris. Pinea. Neutrũ plulurale. figuras pini: metã uidelicet: quã reprę ſentat pinus. q̃re dictũ eſt a
Calpurnio. Metas imitata cupreſſus. Pingit. figurat formã metalẽ adeo lepide ut meta picta uideat̃.

Nunc ſimilis calatho. Aliquãdo pineũ uerticem et metam illã comę (poſt florem enim hoc accidit) adeo ſpinis inſtar ualli cingit ut calatho uideatur includi. Eſt enim calathus et per diminutionem calathiſcus apud Catullũ: quaſillũ orificiatum ſirpis. Virgilius cum loqueretur de roſa. Nec mora ridentis calathi patefecit honorem. Violis latioribus in modum calathi apud Plinium libro uigeſimo primo nomen eſt calathianis. Horret. Aſpera eſt. Spinis minantibus. Minantur malũ ſi attingere uolueris uerticem feriunt enim digitum licentioſum. Pallida. Cũ incipit areſcere. Tortos achantos. Inflexos. et hoc accidit carduo cum folia implicantur ſidentia appetente maturitate. Plinius libro uigeſimo ſecundo capite decimo nono. Achantos eſt topiaria et urbana herba e lato lõgoq; folio crepidines marginum adſurgentiũq; puluinorum toros ueſtiens. Duo eius genera ſunt: aculeatũ et criſpum. quod breuius. Alterum lene: quod aliqui pederoton uocant: aliqui melamphyllum. Ab hac herba flexuoſa uocamus achãtum omnem flexurã. Hinc Propertius. Et myos exiguum flectit achantus iter. Mox ubi. Tranſit nunc a carduo ad arum: et ait. poſteaq̃ floruerit arbor punica potes arum ſerere. Sanguineis floribus. Rubentibus. balauſtia uocãtur hi flores. cytinum calicem balauſtia cõtinentẽ. Induit. Veſtit: tegit. Imitatione Virgili: qui dixit. Induet in florem: et ramos curuabit olentes. Arbos. Pro arbor ut colos pro color. Punica. Malum granatum peculiare libyę: quoniam illic autore Philoſtrato in uita Apolloni rhodũ in honorem Iunonis pangitur. Rutilo tegmine. Sub cortice rubenti. Tegmine grani. qui cortex tegit granũ. Tẽpus aris ſatio. Subintellige fiat. tempus eſt ut arum ſeratur ubi hoc eſt quando florebit arbor punica ſine afflatu legitur arum hoc eſt ἄρον apud ſyros uocatur lupha: quidam dicunt alymon: quidam thymum: quidam dracontiã: Cyprii. colocaſſium. folia habet aneſis ſimilia: quę ſunt in grato cibatu: nec mirum ſi ſeritur. Inter genera Bulborum Plinius enumerat aron. Famoſa coriandra. Laude omni digna. Plinius libro uigeſimo. Coriandrum inter ſilueſtria non inuenitur. pręcipuum tamen eſſe conſtat ſtatim ęgyptium. Valet contra ſerpentium genus unum: quod amphiſbenas uocant potum impoſitumq;. Sanat et alia uulnera. Epinyctidas. puſtulas tritũ. Sic et omnes tumores: collectioneſq; cũ melle aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tritũ. Vis magna ad refrigerandos ardores uiridi. Xenocrates tradit rem miram: ſi uera eſt: menſtrua contineri uno die ſi unum granum biberint fœminę: biduo ſi duo: et totidem diebus quot grana ſumpſerit. Palladius libro quarto. Ab hoc menſe uſq; in Octobrẽ totum coriandrum ſeritur: Amat terram pinguem. ſed et macro ſolo naſcitur. Semen melius putatur: quod uetuſtius fuerit: delectat humore. Famoſum in hoc loco pro famigerato laudatoq; intelligimus. Meſon eſt quemadmodũ fama. pro infami multa ſunt. ſed omnibus is iuriſperitorum titulus antiſtat de famoſis libellis. in laudem teſtimonium extat Apulei de Muliere: quam cumulo uirtutis omni famoſam dictitauit Papinius. Famoſiq; lacus nomẽ uenerabile ſeruãt: et Plinius Cecilius. Melãthia. Papauer nigrũ Romani uocãt. ſcribit cum. h. ſequente. t. a flore nigro ſortitum ẽ nomen. lepris illinit autore Dioſcoride libro tertio. Plinius Git melãthiũ uocat et meliſperma. Grata cumino. Vel ipſa per ſe grata ſint uel iũcta cumino nõ liquet. Cyminũ gręci uocãt: nos. υ. uertimus in. u. eſt ῦζομον hoc eſt inoderat anhelitũ: et magis ęthiopicũ. quod Hippocrates βασιλικόν hoc eſt regiũ uocat naſcitur in galatia. in aſia. in cilicia. in tarẽto. et i aliis multis locis: eſt calidũ. ſtipticũ. prodeſt torminibus: quę gręci ζέφους: quoſdã latinos appellare uoluos uideo. Bacca aſparagi. Radix aſparagi: quę eſt naturę bulboſę. Scitu digna uerba Pliniana libro. xviiii. Silueſtres fecerat natura corrudas ut quiſq; demeteret paſſim. Eſſe altiles ſpectant aſparagi. Et Rauenna ternis libris repẽdit. Virtutes et ſalubritatis effertiſſimi effectus ſunt aſparago: idq; agreſti: quẽ latini corrudã uocãt: gręci libycũ et horminium Plinius libro uigeſimo tradit miras aſparagi uirtutes. Proſilit. Surgit: creſcit. Herba ſpinoſa. ex caule ſpinoſo aſparagi domeſtici naſcunt ex herba ſpinoſa hoc eſt originẽ habẽt a libyco aſparago et horminio. Et malache. rectus ſingularis ut penelope. Fuit quãdo p malachen helioſcopiũ ſiue heliotropiũ intelligebã: cui malaches nomẽ ẽ inditũ qđ habet folia malacha hoc eſt mollia. Nã Dioſcorides creber eſt in hac figura loquẽdi ut cũ uelit folia mollia et reſoluta herbę cuiuſpiã dicere appellet malacha. Vel malache dicit quoniã emollificatiua eſt hoc eſt ἐπιτεταμένη. Vocatur helioſcopios autore Dioſcoride i tertio: quoniã συμπεριφέρεται τοῦ τευ ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει. ὅθεν καὶ ὠνόμασαι ἡλιοσκόπιος. quis apud Pedaciũ Helioſcopiũ differat ab Heliotropio. Si uero hic intel/

Nunc ſimilis calatho, ſpiniſq; minantibus horret,
Pallida nõnunquam tortos imitatur achantos,
Mox ubi ſanguineis ſe floribus induit arbos
Punica, quæ rutilo miteſcit tegmine grani,
Tempus aris ſatio famoſaq; tunc coriandra
Naſcuntur gracili melanthia grata cumino,
Et bacca aſparagi ſpinoſa proſilit herba,
Et malache prono ſequitur quæ uertice ſolem,

ligere monis de heliotropio malachã appellã.quoniam habet eũdẽ effectum. Nam autore Dioſcoride
τα τούτου φύλλα ποδάγραισ καὶ ϛερμασι καὶ σειριάσι παιδίοισ καταπλαττεται
ὠφελίμως hoc eſt huius folia podagris:ſiderationibus puerilibus ſuperimponũtur utiliter. Cęterum
hęc omnia:quę olim cõmentus fueram abrogo:et quod uſu reperi ſequaris uolo.μαλαχη gręce ma/
lua dicitur quoniam mollit.μάλαχον enim gręci molle uocitãt.hinc apud Plautũ malachum capiũ

Quæq; tuas audax imitatur niſye uitis,
Nec metuit ſentis,nam uepribus improba ſurgens
Achrados.indomitaſq; bryonias alligat alnos.
Nomine cum graio ceu littera proxima primæ

palliũ.Alibi in bacchidibus .ma/
laciſandus es pro molliẽdus.prę/
terea autor eſt Plinius maluę ſpe/
ciem uocari malachen.Ne mala/
chen olim apud Moderatum pro
malua interpretarer in cauſa erat
qđ apud nullum autorũ deprehẽ/
deram maluam ad ſolẽ uerti. Sed
qđ uſu:optimo rerũ magiſtro:di/
ſcimus:id reprobari nõ poſſe cenſemus. Vidimus oculata fide maluam ſolem ſequi ut heliotropium:he
lioſcopium:et cicorea quod illas facere reor quoniam frigidiſſimę ſunt:ſolemq; ueluti uitę ducẽ et fau
torem: ſine quo intermoriuntur:ſectari ſolent ſed quod pene prętcrii:ſcribit Proclus in libro de ſacri
ficio et magia . ſelinotropiam eſſe herbam quę ad lunã uertatur:helioſelinũq; lapidem imitari cõgreſ/
ſum ſolis et lunę. Sed carmina de hac maluę cum ſole uertigine a nobis ſub fide hiſtorica cõſcripta re/
citare collibuit.

Malua ſalutiferas inter uenerabilis herbas:
Quas alit irriguo terra benigna ſinu.
Mira refert de te facundo Plinius ore
Exerit et uires in decus omne ſuas.
Cum micat eoo radians pallantias ortu
Ilico maluaceus imbuat ora liquor
Omnibus hoc anno morbis:noxaq; carebis:
Contemneſq; piam ſic Temiſonis opem.
Sideris afflatis ſuccuris ab impete membris:
Accipit et per te dira podagra quiem.
Nec tantum ob uires proprias tu digna referri
Carmine:et aonia ſurgere in aſtra tuba.
Quantum declivi ſpectas qđ uertice Phœbum
Solis et ad radios mole cacumen agis.
Salue igitur mihi digna coli:ueneranda poetis
Omnibus ad Phœbi quę quatis ora comas.
Et mihi pręcipue:retrahunt quem chloridos ora:
Ora ſerenato fulgidiora die.

Quęq;. Et proſilit herba:quę. O Bacche ſimilis eſt tuis uitibus.
quid ſi intelligas de dionyſſia herba:quę uocatur catanange.alio nomine dionyſſias uel thyrſion.Ro/
mani uocant herbam philiclem:alii datiſcam:uel iouis madium.philtrum eſt et illa utũtur theſſalę mu
lieres:poſſumus intelligere de ampeloagria:quę habet ramos ut uitis:ligneos:aſperos.hydropicis pro
deſt cum uino.Iubet Columella hęc in orto ſeri ad uitilia potius ꝙ ſuppeditent olitori aliam commo/
ditatem. Nyſie. Bacche a nyſa:de qua ſuperius. Vitis. Pro uites.debet ſcribi uitis. Nec me/
tuit ſentis.nõ dumẽta aut loco ſenticoſa reformidat.ſed hęret ſpinis:per illaſq; repit. Improba.Im/
modica:licentioſa:quę ſolet hęrere paſſim cũctis arbuſculis. Surgẽs. Inſurgens.et inſiliẽs. Vepri
bus achrados. Pyri ſilueſtris ſpinoſis ramis. Indomitas alnos.quę nõ putrent carie ue domari nõ
poſſunt. Bionias. Scribo Bryonias:et eſt diſtũcta lectio a ſuperiori:reſq; ipſa diuerſa eſt. Nã bryo
nia eſt herba:quę alio nomine uocat̃ ἄμπελος λευκή:alio nomine ophioſtaphylon : et chelidonion
ἐμπλέκεται τοῖς παρακειμενοις θάμνοις ἐλλαμβανομένη τοῖς ἕλιξι. Autor Dioſcorides qđ
implicat̃ adiacẽtibus uirgultis aſcẽdes flexuoſa. Nomine cum graio. Senſus eſt beta quę ſortit̃ no
me a ſecundo elemẽto gręco ſequat̃ quoq;.in ſerẽdo naturam literę:cum interuallis uidelicet ſeratur:
ut unũ granum ſeminis diſtet ab altero. Idem Columella libro duodecimo. Beta florẽti punico ma/
lo ſemine obruit̃:et ſimul atq; quinq; foliorũ eſt ut braſſica differt̃ ęſtate ſi riguus eſt ortus.at ſi ſicca/
neus autũno cum iam pluuię inceſſerint:diſponi debebunt. Sed quoniã non transfert̃ florẽte punico.
ſed ſerit̃:de ſatu intellige:in quo id obſeruet̃ ut ſeratur cum interuallis a ſemine ad ſemen . Illa nanq;
quę ſpatioſe fruticant:ſpatioſe ſerenda ſunt ut Plinius docet libro undeuigeſimo : ordo horum carmi/
num hic eſt beta folio uiridis :pede candida:deprimitur humo pingui ictu cuſpidis ferratę ſubintelli
ge non ſecus ac cum.ideſt quando litera proxima primę nomine graio hoc eſt cũ ſcribis nomen gręcũ

pangitur in cęra mucrone docti magiſtri. Litera. Beta. Iuuenalis. Hoc diſcunt omnes ante alpha et beta puellę. ſic enim gręce ſcribitur. β. uel hoc pacto. β. uel ut latinum elementum. B. maiuſculum.

Primę. elemēto alpha. Pangitur. Imprimitur. inſcribitur. In cęra. In cęratis tabulis. in quibus antiquiores ſcribere ſolebant. Mucrone. Graphio: ſtilo ferreo: quo uſi ſunt priſci. Thecę iſtorū ſtilorum uocabantur graphiaria: hoc eſt graphiorum receptacula: Martialis. Hęc tibi erūt armata tuo graphiaria ferro. Docti magiſtri. Hominis gręcas adprime tenentis. Quidam intelligūt qd ſicuti in abecedario gręco ubi ſeiunctim ſcriptę ſunt literę: elemētum. β. diſtat ab elemento. α. tali interſtitio nec minori unū granum ſeminis betacei ferēdū ſeiū ctim ē a reliquo. Poſſemus quoqꝫ intelligere qd quemadmodum in nomine gręco exempli genera in hac dictione ἄβιος litera. β. facit interuallum: ſe auferens a cęteris in latum et longum: non ſecus betam eſſe ſerendam: et quemadmodū magiſter literarius utitur graphio ferreo dum figurat elemētum hoc. β. perinde beta herba cum ſeritur bipalio uel ſarculo eſt diſtienda diſtrahendaqꝫ ne denſe naſcatur. Pingui. Vel re uera pingui uel quam ipſa pinguem reddit.

Pangitur in cæra docti mucrone magiſtri.
Sic et humo pingui ferratæ cuſpidis ictu
Deprimitur folio uiridis pede candida beta,
Quin et odoratis meſſis iam floribus inſtat,
Iam uer purpureum, iam uerſicoloribus anni
Fœtibus alma parens cingi ſua tempora gaudet.
Iam phrygiæ loti gemmantia lumina promunt,
Et conniuentis oculos uiolaria ſoluunt.

Ferratę cuſpidis. bipalio uel aliquo ruſticano utenſili: quo humus excolitur. Deprimitur. Terra obtegitur. Solio uiridis. ſcribo folio. habet enim folia uiridia beta. Pede candida beta. Hoc eſt habens pedem candidum. locus qd pes betę non imitatur naturam foliorum. uidetur Columella qui nititur extollere betam: illius nomen deflectere a beta gręco elemento. Miror Columellam noſtrum adeo ſurgere in betę pręconiū: quę inſuaue olus habetur: et inſipidum: adeo ut Auguſtus cū ineptire quoſpiam ſignificare uellet: diceret illos betanizare: quo uerbo populatim Bononienſes utuntur. pręterea cum blitum ſit ſpecies betę dedit apud Menandrum anſam cōuicii in fœminas: quas ſecutus menandrum Plautus bliteas appellauit. Sed quid taceo quę Plinius da beta ſcribit: Beta inquit: ortenſiorum leuiſſima eſt. Eius quoqꝫ a colore duo genera gręci faciunt: nigram et candidam: quam pręferūt parciſſimi ſeminis: appellantqꝫ ſiculum: candoris ſane diſcrimine pręferentes ut lactucam. Noſtri betę genera faciunt uernum et autunnale a temporibus ſatiuis. quę et Iunio ſeratur. Transferunt aūt in planta hę quoqꝫ: et oblini fimo radices ſuas: locumqꝫ ſimiliter madidum amant: Medici innocentiorē ǵ olus eſſe indicauere: ǭbrem appoſitas non nemini deguſtare etiam religio eſt: Sunt qui betas punico malo florente optime ſeri exiſtiment: trāſferri autem cum quinqꝫ foliorum eſſe cœperint. Mira differentia: ſi uera eſt: candidis ſolui aluos: modice nigris inhiberi. Quin et odoratis. Appetit uernum tempus inquit Iunius: in quo tempeſtiue uerni flores ſerantur uelim: qui ueris aſſeclę ſunt ſemper et comites. Meſſis. Tunc enim in uere et ſeruntur et metuntur. Subito enim emicant. Inſtat. Imminet: adeſt. Ver. Subintellige eſt. uer a uirore diciť: uel a dictione gręca ἔαρ. Purpureum. Purpureis floribus inueſtitū. Alma parens. Terra: quę omnia nutrit. Cingi. redimiri floribus tanǵ lętiſſimis redimiculis. Verſicoloribus fœtibus. Floribus diuerſorum colorū. Iam phrigię lotę. Scribo loti. Plinius libro uigeſimo primo. Hos certe flores Homerus tris laudat loton: crocon: hiacynthum. Idem Plinius libro uigeſimo ſecundo. Loton qui arborem putant tantum eſſe uel Homero autore argui poſſunt. Is enim inter herbas ſubnaſcētes deorum uoluptati Loton primam nominauit. Folia eius cum melle oculorum cicatrices: argemata: nubeculas diſcutiunt. Eſt et Lotometra quę fit ex loto ſata: ex cuius ſemine ſimillimo porri fiunt panes in ęgypto a paſtoribus: maxime aqua uel lacte ſubacto. dicuntur uero loti phrigię quoniam in phrygia peculiares ſunt. Eſt et Lotos arbor fructus dulciſſimos ferens: que populis lotophagis nomen dedit. de qua Poeta. Impia lotos impia: quę ſocios Itachi mœrentis abegit. Gemmantia. uel emittentia uirides tuniculas: unde manat flos. uel gemmantia expone lucida ut gemmę ſunt: et hęc expoſitio uerior. Conniuentis. Clauſos pro conniuētes. Conniuere oculum dicimur cum modice claudimus. Silius. Conniuent cœlumqꝫ pauent deprehendere niſu priſcus poeta citatus a Priſciano fecit hoc uerbū tertię ſygyzię cū ait Ingēti cōniuere pupula ſomno. Oculos. Flores: qui ſpectatiſſimę ſunt luces in flore. Violaria. Loca uiolis cōſita Maronis uox. Irriguūqꝫ bibāt uiolaria fontē. Oſcitat. Hiat. aperiť: egrediť tuniculā. Leo. Herba leonina rictū flore leonis emulabunda: de qua Dioſcorides in quarto meminit: de qua hęc Plinius libro uigeſimo ſeptimo. Leontopetalon hoc eſt foliū leoninum alii ropalion uocāt folio braſſicę: caule ſemi-

pedali leui: cuius ſemen in cacumine in ſiliquis ciceris modo. radix rapę ſimilis: grandis: nigra. Naſcitur in aruis. Radix aduerſatur omniũ ſerpentũ generibus ex uino pota: nec alia res celerius proficit. De hac ſupra meminit idem Iunius. Narciſſiq; comas: et hyantis ſeua leonis ora feri. Ingenuo. Qui decet ingenuas puellas pudoricolores. Confuſa. Simul fuſa et conſperſa. Adoperta. tecta. Virgineas. Virginalis ruboris plenas. Genas. Folia. metaphora a uultu uirginis. Honores.

Oſcitat et leo, et ingenuo confuſa rubore
Virgineas adoperta genas roſa præſtat honores,
Cælitibus, templiſq; ſabæum miſcet odorem.
Nunc uos pegaſidum comites acheloidas oro
Menalidumq; choros dryadum, nymphaſq; napeas
Quæ colitis nemus amphryſiq; et theſſala tempe,

Exerit honoratum uerticẽ. Cęlitibus. Deis incolentibus cęlũ. Cœlitem in eodẽ ſignificatu nũcupamus. Ouidius. de cęlite facta recenti. Senſus eſt Columellę q̃d ſtrophiola ſutileſq; coronę plicaturiq; decorant Iconas et ſimulacra cęlitum. Sabęum odorẽ. Vel q̃d roſę odor miſtus thuri ſabęo in templis ualde fragrat: uel q̃d odor roſarum ęquat nidorem thureum: quo templa obnubilantur. Saba ẽ locus Arabię eudęmonis. i. felicis ubi thus maſculum naſcitur thymiamate pręcipuo. Nunc uos. Dicturus de floribus omnibus: qui iuxta aquas: in nemoribus: et uirgultis naſcũtur: inuocat nymphas: quę rebus iſtis pręſunt ut ueniãt et colligant flores uernos: quibus tellus ipſa redimitur. longum hirmon facit: decurrẽdum eſt ad illud longe infra poſitum. Huc facili greſſu teneras aduertite plantas. Pegaſidũ comitis. Pro comites muſarum quę uocantur Pegaſides ab equo Bellerophontis Pegaſo: qui ungula aperuit fontem Hippocrenem dicatum muſis: ex cuius aqua guſtãtes fiunt poetę et muſas ſectantur. Caballinum inde fontem dictitarũt: de quo Perſius. Nec labra fonte prolui caballino: Pegaſus hic equus uocatus eſt quoniam iuxta πηγὰς hoc eſt fontes Oceani natus ſit. inuocat nymphas aquaticas ut muſas comitentur ad meſſem floream properãtes. Nam et ipſę muſę aliquod commercium cum nymphis habent. Teſte nanq; Varrone tres muſę ab antiquis dicebant̃: q̃m uox ex ſonoribus trium elementorum fiebat. una ab aere. Secunda ab aqua. Tertia ab igne. Hinc Pyraules in Marcello. Acheloidas. Nymphas aquaticas: quę dicuntur Potamides hoc eſt fluuiatiles: Hydriades: et Epidryades. Acheloũ omnem dulcem aquam priſci dictitarũt: ſicut Dorida et Oceanum ſalſam. Seruiana uerba libro primo Georgicon. Sane Acheloia non pręter rationem dixit. Nam ſicut Orpheus docet generaliter aquam ueteres Acheloum uocabant. Scribo ubi eſt Orpheus in Seruio: Ephorus. Eſt enim nomen hoc ſcriptoris didaſcalice docentis una cum Didymo et Ariſtophane Acheloum ab antiquis pro quauis aqua poſitum. hoc idem referens Macrobius libro quinto: Ephorum non Orpheum huius rei tradit autorem. Ephorus ut inquit Suidas Cumanus fuit hiſtoricus: qui multis uoluminibus Galenum interpretatus eſt. Męnalidum dryadum. Quę paſcuis: ſaltibuſq; pręſunt: quales ſunt in Męnalo monte Arcadico nũcupato ἀπὸ τῶν μήλων hoc eſt a pecoribus. Dryades uocantur nymphę quercubus pręſides quales ſunt illę nemorenſes. δρῦς gręce quercus dicitur. δρυμὸν quercetum. Apollonius Rhodius libro tertio Argonauticon. δρυμὸν ἀναρρήξας λασίης καθύπερθε κολώνης.

Nymphas Napęas. Nymphas ſiluis pręſidentes. νάπη ſaltus: et ſiluoſus locus dicitur. Napos neutraliter dicit Suidas et nape pro loco montuoſo et ſiluatico quiq; propter denſitatem lucem non habet. citatq; Xenophontem q̃d napos dicatur. Verba Suidę ſunt hęc.

νάπος οὐδετέρως. καὶ νάπη θηλυκῶς. ὀρεινὸς ὑλώδης τόπος. οἱονεὶ νάφη ὡς μὴ ἔχουσα φῶς διὰ δάσος. Ξενοφῶν δὲ οὐδετέρως λέγει τὸ νάπος ὡς τὸ ἔδαφος. ἐπεὶ δὲ ἡγούμενοι ἐγένοντο ἐπὶ νάπει ὀδοῖς βάτῳ καὶ μεγάλῳ ἐζήτησαν ἀγνοοῦντες εἰ διαβατέον εἴη τὸ νάπος.

Addamus q̃d Nape ſimiliter ẽ ciuitas Leſbi unde Apollo Napęus. Sũt et Napęi Epirotę. Colitis nemus. Proinde napęę dicuntur. Amphryſiq; et. Maronianum eſt duas coniunctiones ponere: nec Seruius ſat comperte dixit unam ſuperfluere. Fuit enim Homeri imitatio. Amphryſus fluuius Theſſalię circa pręripia cuius Apollo pauit armenta admeti: unde dictus eſt Amphryſius. Theſſala tempe. Loca amœniſſima ſunt: Theſſalię tempe dicta: de quibus a nobis alibi multa. Quidam a temperie tempe uocata putant. ſed falluntur mea quidem ſententia. quoniã tempe uox eſt gręca: qualia nomina non admittunt etymologiam latinam. Plinius libro quarto naturalis hiſtorię. Ante cunctos Theſſalię fluuios claritate Peneus: ortus iuxta Gomphos: interq; Oſſam et Olympum nemoroſa conualle defluens quingentis ſtadiis dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu tempe uocantur quinq; milium paſſuum longitudine: et ferme ſex latitudine ultra uiſum hominis attollentibus ſe dextera leuaq; leniter conuexis iugis. intus ſua luce uiridante allabitur Peneus uiridis calculo: amœnus circa ripas gramine: canorus auium concentu. Quę. Nymphę. Ingenioſe Poeta aſcribit loca muſis idonea.

Iuga Cylenes. montis Arcadię: a quo Mercurius dictus Cylenius. Opaci. Inumbrati: déſis arboribus cóſiti. cótrarium eſt apricum: quę dictio et transfertur ad eos: qui gaudent ſole. Perſius. Qualia poſſint aprici meminiſſe ſenes. Lycęi. Mótis in Arcadia: in quo erat templum dicatum Ioui Lycęo: fama nanq; fuit homines in lupos tráſformari. Huc uergit carmen id Propertianum. Et ſua nocturno fallere terga lupo. Hinc autore Plinio uerſipellis erat probro. Sic enim dicebatur: qui ex homine lupus aut alia fera fieret.

Quæ iuga cyllenes et opaci rura lycæi,
Antraq; caſtaliis ſemper rorantia guttis,
Et quæ ſicanii flores legiſtis haleſi
Cum Cereris proles ueſtris intenta choreis
Aequoris ænnei uernantia lilia carpſit.
Raptaq; Lethæi coniunx mox facta tyranni
Sideribus triſtes umbras et tartara cælo

Plautus in Amphitrione fabula. Verſipellé ſe facit quando lubet. Sed quid Plato de his ſcribit: qui in lupum uertuntur Cómentarios noſtros in Plautum excute. fuerunt: qui lupercos inde uoluerint oriúdos.

Antraq;. Et inuoco uos nymphę quę incolitis ſpeluncas humidas ex guttis Caſtalii fontis.

Semper rorátia. Stillátia ſemper et guttantia irriguis aquis caſtaliis. Rorare eſt more roris guttaum defluere. Ouidius. Et toto rorat in orbe. Roſcidum et rorulentum uocamus locum rore conſperſum. in eodé ſignificatu roratū. Idem in tertio faſtorum. Mollis erat tellus: rorataq; mane pruina. Sed quod rore conſpergitur deſuper ueniente. Caſtaliis. Caſtalia prope Delphos fons eſt. Scribit Strabo libro nono geographię accolas caſtalię poſuiſſe ſedem prope delphos. Suidas. καςαλία. πηγὴ ἦν ἐν τῷ καλουμένῳ δελ/φικῷ ἐν ᾗ ἐλέγετο παρεδρεύειν τὸν ἀπόλλωνα καὶ χρησμολογεῖν αὔρας καὶ πνεῦμα ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναδιδομένης. ἐξ ὧν οἱ περὶ τὴν πηγὴν ἔλεγον ἅπερ οἱ δαίμονες ἔλεγον. Hoc eſt. Caſtalia fons é ubi lauri ſút uocales: in quo dicebat Apollo diſcurrere: et fata loq; auras et ſpiritus ex aqua reddita: unde accolę uaticini exiſtebát. Et quę. Inuocat quoq; muſas illas: quę ſolét circa aquas ſiculas habitare: et peculiariter circa fluuiú haleſum. Haleſi. Haleſus fluuius Sicilię: a quo populi haleſini cognominati Plinio libro tertio. Sicanii. Siculi. Plinius Sicaniam Siciliam tradit a thucydide dictam. Trinacria a pluribus aut triquetra a triágula ſpecie: circuitu patens ut autor eſt Agrippa. Dc. xviii. M. paſſibus: quondam brutio agro cohęrens: mox interfuſo mari auulſa. ab hoc dehiſcédi argumento: Rhegium gręci nomen dedere opido in mergine italię ſito. Legiſtis. Collegiſtis.

Cum Cereris proles. Proſerpina: quę cum ueniſſet in Pergum ſiue Pergaſam dum legeret flores rapta eſt a Plutone: quę rapinę patuit Cereri indicio Hermeni populi: ſeu Cyanes ut alii uolunt.

Intenta chorçis. Dú chorú ſaltantiú: ludentiú: flores legétium nympharú ſedulo cernit ipſa Proſerpina: rapitur a Plutone. Vnde excurſio Ciceronis: quá Fabius lib. iiii. inſtit. oratoriarú manauit.

Aequoris ętnei. Scribo Aennei. Eſt. n. ęnna ciuitas Sicilię de qua ſic i Verrinis Cicero. actione ſexta. Vetus eſt hęc opinio: quę cóſtat ex antiquiſſimis gręcorú literis atq; monimétis: inſula Siciliá totam eſſe Cereri ac Liberę cóſecratá. Hoc cú cęterę gentes ſic arbitrútur: tú ipſis ſiculis tam perſuaſum é: ut animis eorum inſitum atq; ingenitum eſſe uideatur. Nam et natas eſſe has in his locis deas: et fruges in ea terra primum repertas arbitrantur: et raptam eſſe Liberam: quam eandem Proſerpiná uocát ex ennenſium nemore: qui locus qđ in media eſt inſula ſitus umbilicus Sicilię nominatur. Quam cú inueſtigare: et conquirere Ceres uellet dicitur inflammaſſe Tędas ex his ignibus: qui ex ętnę uertice erumpút. Aenna auté ubi ea quę dico geſta eſſe memorant: eſt loco pręcelſo atq; edito: quo in ſummo eſt ęquata agri planicies et aquę perennes. Tota uero omni aditu circúciſa atq; dirupta eſt: quam circa lacus luciq; ſunt plurimi et lectiſſimi flores omni tempore anni: locus ut ipſe raptum illum uirginis: quem iam a pueris accepimus: declarare uideatur. Et ſubdit. Mira quędam tota Sicilia priuatim ac publice religio eſt Cereris ennenſis: quáuis apud Marcum Tullium legatur etuenſis perperam. Idem mendum extat apud Poetam in oſceno carmine. Etuenſes Cererem nurus frequentant. Legendú eſt ęnuenſes. Raptaq;. Quę Proſerpina cum rapta fuerit nupta eſt Plutoni. Lethei tyranni. Stygii Plutonis regis inferorum: qui letheus dicitur ab aqua lethe: quá potantes animę fiunt obliuioſę. Hinc a Silio cantatum eſt. Lethęos latices potant obliuia rerú. λήθη gręce dicitur obliuio. Plotinus tertia enneade ſic de lethęo fluuio ſenſit. Dum uero anima ſola eſt neceſſariú é ſi natura corporis acceſſerit mobilis atq; fluens: non memorię cauſam. ſed obliuionis inferre: quapropter et lethęum flumen eſſe hoc poteſt exiſtimari. Tyránum et regem uocamus et incubatorem regni. Pars mihi pacis erit dextrá tetigiſſe tyranni. Sideribus. Cęlo. metonymia eſt. Sidus ſcribendum ſine. y. Ná a ſidendo dicitur. hęret enim cęlo ſidus. Vmbraſſet. Scribendum. umbras et. hoc ſenſu. Proſerpina. prępoſuit triſtes umbras hoc eſt manes cęlo. Dat uoluntati quod fuit neceſſitatis: et in hoc Virgilium ſequitur: qui ait. Nec reuocata ſequi curet Proſerpina matrem.

Ditem. Plutonem. Idem dictus eſt Summanus quaſi ſummus manium. dis uocatur quoniã diues eſt terrę: quę ſub Plutonis nomine pręfiguratur. Letum. Mortem. Vel docente Marone libro. vi. ęneidos: quę regnat apud inferos: cum ſalus et uita ſint apud ſuperos. Inferno regno. Stygio et tartareo. Hic epitheton eſt infernũ. Potitur. Fruitur. Vos. Nymphę Proſerpinę comites. Poſito. Depoſito. nam ingemuerũt comites rapta Proſerpina. Timore. Timuerunt enim maximo cũ fremitu irruentẽ Plutonẽ.

Præpoſuit, idemq; Ioui letumq; ſaluti.
Et nunc inferno potitur Proſerpina regno.
Vos quoq; iam poſito luctu mœſtoq; timore
Huc facili greſſu teneras aduertite plantas.
Telluriſq; comas ſacris aptate caniſtris,
Hic nullæ inſidie nymphis. non ulla rapina,
Caſta fides nobis colitur, ſanctiq; penates,
Omnia plena iocis, ſecuro plena cachino,
Plena mero. lætiſq; uirent conuiuia pratis
Nunc uer egelidum, nunc eſt molliſſimus annus,
Dum Phœbus tener, ac tenera decumbit in herba

Huc. ad nos. Facili greſſu. paſſu p florea pergẽte: ubi facilius itur. Aduertite. Admouete. Telluris comas. Flores et ſuaues herbas. quę ſunt terrę crines. Sacris. Caniſtrum ſacrũ uocamus: quo utũtur ſacrę nymphę. Optata. ſcribendũ aptate hoc ẽ accõmodate et infarcite herbas in caniſtris.

Hic. in noſtro campo floreo. Inſidię. Nymphis ſubintelligẽ ſũt: quales paſſa eſt nympha proſerpina inſtante Plutone: et ocioſis nymphis inſidiãte. Nõ ulla rapina. Nulla rapina paratur: qua rapit ocia nympharum Pluto rapta ſcilicet Proſerpina. Caſta fides. Sancta: quã inceſtare temerareq; eſt nefas. Extat elogium in fidem miſtũ epiphonemati apud Italicum libro ſecũdo punicorũ. Subditq; idem in calce. Audite O gentes: neu rumpite fœdera pacis Nec regnis poſtferte fidem.

Nobis. A nobis. nos fidem colimus. quare ne moramini huc intrepide properare. Sancti penates. Domum noſtram et hoſpitium colimus: quod ſcimus eſſe ſanctum. Res nota priſcos xenion Iouẽ ideſt hoſpitalem coluiſſe; de quo meminit Homerus: de quo et non tacuit Maro. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. Omnia plena iocis. Subintellige ſunt. Securo. Ocioſo: pręſeferente quãdam ſecuritatem. Hic licet loqui ridere. pro nutu animum remittere. Talem ſecuritatem Martialis optauit cum inquit. De praſino conuiua meus: ueneto q; loquatur: nec faciant quenquam pocula noſtra reum. Ne ex conuiuio re geniali conuicium fiat. Contra apud impios conuiuatores accidit ſępe ubi a temulẽto conuiua uoces ilariter emiſſę notantur: mox in iugulũ reuerſurę. Nam ut ait Poeta Comicus. Lingua errans uerum dicit: unde uini filiam ueritatem prouerbialiter dici teſtatur Plinius: qui mea quidem ſententia tetigit id prouerbium gręcum ἐν οἴνῳ ἡ ἀλήθεια hoc eſt in uino ueritas. Cachino. Effuſo riſu: quem Plautus cachinabilem uocitat. Admonuit Seneca ut riſus ſit citra cachinum. Plena mero. Nam Bacchus lętitię pater eſt: quamobrem Liber nũcupatur. Merum eſt uinum purum et minime dilutum: quod qui libenter bibunt illi merobibę nuncupantur a mero potio meraca uocitatur. Virent. Florent et ipſa cum orto florente conuiuia. Lętis. Comoſis: nitidis. Ver eſt gelidum. Scribo. nunc uer egelidũ. et intelligatur eſt. Egelidum tepidum ſignificat. Carmen Ouidianum aduocat Seneca ſeruatis his uerbis. Et gelidũ Borean egelidumq; notũ: quãuis in codicibus peruulgatis Ouidi legatur inſcitia temporis ut reor. pręcipitemq; notum. Hęc uocalis. E. in hoc loco habet uim ſteriticam ut apud Poetam. Plantis edurę coryli naſcuntur: hoc epitheto in ſiluis uer donatur a Papinio ſic. Iam uer egelidos refert tepores: Et cęli fauor ęquinoctialis Iucundis Zephyri iteſcit auris. Molliſſimus. Dulciſſimus: ut Maro. Nunc ſunt molliſſima uina. Dum Phœbus tener. Dum ſol eſt facilis inter gelu et calorem: hoc eſt tepidus: metaphorice hoc prolatum. dicitur enim ſol eſſe tener cum more pueri eſt inter infantiam et adoleſcentiam: non adultus adhuc uiribus et corpore. Pueritia nanq; mundi eſt in uere. Ita ſol eſt tener cum eſt inter caloris ſupremos gradus et minimos. Fit enim anni comparatio et hominis ab Ouidio. qđ in uere principium habuerit mundus ſic Maro docet. Non alias prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies: aliumue habuiſſe tenorem
Crediderim. Decumbit. Iacet: ſternitur metaphorice: hoc eſt irradiat herbas. Gaudet. Ex codice priſco legatur Suadet: Hoc ſenſu. Dum ſol amœnus: apricus: et facilis uerno omnia complet tepore: uenite et ilaria exercete. Et arguto gramine. Herba ſuſurro aquatico perſtrepẽte. Iuxta illud poetę Et ſtrepitans rauco murmure riuus aquę. Huic Adſtipulat Italicus. Somnificam ducit lucẽti gurgite lympham. Argutũ nãq; et obſtreperũ uocamus. Maro in georgicis. Arguto mulier percurrit pectine telas. unde fit uerbũ argutari: quod indifferenter dicimus argutare. Priſci poetę carmen ẽ. Tota nocte argutatur quaſi cicada. Propertius. Illa mihi totis argutat noctibus ignes: pro obſtrepere obicit,

Fugientis fontis. Pro fugientes aquas fontis et labentes. Maro. Fugiens per gramina riuis. Imitator Virgilii eſt hic noſter Columella: nec hoc imprudenter fecit. Optimos quoſq́ imitãdos proponere debemus. Nec rigidos. Non gelu hyberno gelatos. ſed uerna temperie tepidos. Hic eſt ſenſus. cõniuia noſtra celebrate nymphę dum poterimus haurire argẽtei riuuli: fontis ue muſcoſi laticem temperie: teporibusq́ uernis regelatũ. Nec ſole calentes. Non radiis ſolaribus calefactos. Potam aquę temperies quędã cõmendat inter ęſtum et rigorem. Tepentis. Pro tepẽtis. Dionęis floribus. Roſis uenereis: quę ex cruore ueneris ſunt editę: cum illa Martem fugeret in Aprũ uerſum ut Adonin interficeret uenereis amplexibus hęrentem. Fugit Dea territa pedem pupugerunt iacẽtes ſpinę: ex cruore diualis pedis roſa ſurrexit. A matre Veneris Dione dionęa ipſa dicta. Hinc cecinit Maro in Buccolico ludicro. Ecce dionei proceſſit Cęſaris aſtrum. Sidonius. Atq́ dionęã peperit tibi laurea myrtum. Redimitur. Ornatur. Iam roſa. τὸ αὐτό. eſt explicatio ſuperioris carminis.

Gaudet et arguto fugientis gramine fontis.
Nec rigidos potare iuuat, nec ſole tepentis.
Iamq́ dioneis redimitur floribus ortus.
Iam roſa miteſcit ſarrano clarior oſtro.
Nec tam nubifugo borea latonia Phœbe
Purpureo radiat uultu, nec ſyrius ardor
Sic micat, aut rutilus Pyrous, aut ore coruſco
Heſperus eoo remeat cum Lucifer ortu.

Niteſcit. Scribendũ eſt miteſcit hoc eſt maturatur. unde mitia poma dicta: qua dictione paſſim lingua uernecula Bononiẽſes utunt. Clarior. Lucidior: rutilãtior. Sarrano oſtro. Purpura tyria: quę uibratior erat et coloratior: uel hoc docente Naſone ſic. Confer amyclęis medicatũ uellus abenis Murice cum tyrio: Turpius illud erit. Sarranũ dixit ex imitatione Maroniana. Is enim ſic ait in georgicis. Condit opes alius: ſarranoq́ incubat oſtro. Sarram autore Gelio Pompeioq́ priſci nuncuparunt tyron: in qua urbe erant baphia hoc eſt lauacra lanarũ: ubi tingebatur dibaphũ: hoc ẽ bis tincta lana: quę magis erat illuſtris. Sar piſciculus in tyro: Seruio teſte: cuius uena ſcarificata apertaq́ tingebatur lana. Oſtrum uocamus colorẽ tyrium quod ex oſtracodermis et conchiliis elicitur: Hinc oſtrinam tunicam purpureã nuncupamus. Propertius et oſtrina cũ fuit in tunica. Oſtracodermata Ariſtoteles uocat: quę noſtri teſtacea. Suidas oſtracodermus: cuius uerba ſunt hęc. Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες οἷον. ὄστρεα. πορφύραι. κήρυκες. στρόμβοι. ἐχῖνοι: et reliqua. Nec tam. Nymphas inuitat ut huc ad ortos luculentos ueniant: qui maxime lucent: nõ minus lunã: aut caete ſtellis fulgentiſſimis. Nubifugo borea. Fugante nubes: et ſerenitatem inducẽte: unde ab Homero ęthrigenetes appellatus: a Virgilio ſudificus: qđ ſudum hoc eſt ſerenum importat. Phœbe. Luna ſoror Phœbi: quę et Diana dicitur. Purpureo. Rubenti et igneo. Luna flantibus uentis fit ignei coloris: hoc eſt quod Maro pręſciuit. Cęruleus pluuiam denunciat. igneus euros. Sirius. Canicula ſidus uehementiſſimum: de quo ſupra. Rutilus. Coruſcus: auricomus. Pyrous. Refert hic interpres ad lapidem. ſed ille Pyropus uocatur ab igneo aſpectu: de quo meminit Ouidius libro ſecundo metamorphoſeos. Sunt qui pyroum quidem defendant: referantq́ ad equum unum e ſolaribus ita nuncupatum: ex his Naſonis uerbis. Pyrois: Eous: et Aethon. Solis equi: quartuſq́ Phlegon: quãuis Fulgentius hũc equũ uocitet Philogeum: cuius uerba ſunt hęc. unde et ipſius equis condigna ſic nomina poſuerunt: Eritreus Acthon: Lampos: Philogeus. Eritreus gręce rubens dicitur: qđ a matutino Sol lumine rubicundus exurgat. Acthon ſplendens dicitur: qđ tertię horę momentis uehemens inſiſtẽs lucidior fulgeat. Lampos uero dum ad umbilicum diei centratum conſcendere circulum. Philogeus gręce terram amãs dicitur qđ hora nona procliuior uergẽs occaſibus pronus incumbat. Poſſemus Pyrois legere et referre ad ſidus Martis ab incenſo ita nuncupatum aſpectu. Plinius libro ſecundo naturalis hiſtorię. Tertium Martis: quod quidam Herculis uocant: igneus ardentis ſolis uicinitate binis fere annis conuerti: ideoq́ huius ardore nimio: et rigore Saturni interiectũ ambobus ex utroq́ temperari Iouem: ſalutaréq́ fieri deũ: Qđ ſi breuiter colores ſiderũ ſcire deſideras accipe. Color Saturno cãdidus. Ioui Clarus. Marti igneus. Lucifero candens. Veſperi refulgens. Mercurio radians. Lunę blandus. Soli cum oritẽ ardẽs: poſtea radiãs. Aut ore coruſco Heſperus. Hic ẽ ſenſus. Heſperus ſtella ueſpertina: quę ueſp et ueſpertugo dicit̃ nõ ita radiat cum remeat lucifer hoc ẽ cũ lucifer matutina ſtella remeat ad Antipodes cũ ortu eoo hoc ẽ cũ aurora et toto die: uel ſignificat heſperũ maxime lucere appetẽte aurora cũ iã reuertẽte lucifero: cui uices lucis cõmiſſę: properat ad occaſum. Quidam ſic ſcribunt. uelut ore coruſco heſperis: ut ſit ſenſus non ita lucet Luna: nec Canis: aut Mars igneus: quemadmodum lucet flos: cui nomen eſt heſperis: qui cum heſpero ſidere certat. De hoc flore Plinius libro uigeſimo primo. Heſperis noctu magis olet inde nomine inuento. Prior tamen expoſitio melior et ſimplicior. Lucifer. In magno numinum eſt ambitu. Iuno ſibi illam et Venus uindicant.

Nec tam ſydereo fulget thaumantias arcu,
Quam nitidis ilares collucent fœtibus orti,
Quare age uel iubare exorto, iam nocte ſuprema
Vel quom phœbus equos in gurgite merſat ibero,
Sic ubi odoratas prætexit amaracus umbras
Carpite Narciſſiq; comas ſteriliſq; balauſi.
Et tunc ne corydonis opes deſpernat Alexis,
Formoſo Nais puero formoſior ipſa

Sidereo arcu. Genito a ſideris hoc é ſolis radiis: Sidus peculiariter appellam᷑ ſolé ab erronis excellentia: unde uolunt Lucanũ dixiſſe. Et nox ubi ſidera condit. Oculus mundi ſol eſt: Et maſculũ ſidus. Quonã pacto fiat arcus docet ita loquens Plinius libro ſecundo. Arcus uocamus extra miraculũ frequentes: et extra oſtentum. nam nec pluuios quidem aut ſerenos dies cum fide portendũt. manifeſtum eſt radium ſolis immiſſum cauę nubi rupulſa acie in ſolem refringi colorumq; uarietatem mixtura nubium aeris igniumq; fieri. certe niſi ſole aduerſo non fiunt: nec unquã niſi dimidia circuli forma nec noctu. Deus hoc arcu tanquã fœdere icto cum hominibus admonuit ne diluuium aut excidionem timerent arcu uiſo. Plura de ſole in Curculione diximus i expoſitione carminis illius. Pluuet hodie. bibit arcus. Tibullus. Cęruleus pluuias cur bibit arc᷑ aqs.
Thaumantias. Thaumantis filius Iris: hoc eſt arcus dicitur admirationis ſcilicet. mouet enim admirationem diſcolor: immo diuerſicolor hic arcus. Ilares. Leti: nitidi: expoliti. Collucent. Luce ex uariis floribus multiplicata et uerſicolori lucent arcus.

Fœtibus. Fructibus terrę herbaticis. Quare age. Concludit: exhortaturq; nymphas ut flores legant ex ortis. Iubare exorto. Orto lucifero: quando matutinis phoſphori radiis repercuſſi flores ſunt ſuauiores. Iubar autore Varrone libro tertio de lingua latina: dicitur ſtella Lucifer: quę in ſummo habet diffuſum lumen ut Leo in capite iubam. Huius ortus ſignificat circiter eſſe extremã nocté. Itaq; ait Pacuuius. Exorto iubare noctis decurſo itinere. Iam nocte ſuprema. In crepuſculo ultima parte noctis: quãdo nec noctem dicere poſſis nec diem. Inter utrũq; tamen dubię confinia noctis. uerbum primarium. i. principale eſt: carpite. Vel cum phœbus. Vel in crepuſculo noctis uel diei tempus eſt colligere flores. Duo ſunt crepuſcula. unum quando nocte decedente dies ſequitur. alterũ quãdo die cedente nox appetit et appropinquat. in utroq; crepuſculo tempeſtiue leges flores rore fotos.

Merſat. Mergit. Gurgite ibero. Mari Hiſpano uergente ad occidentem: ubi fabulantur Poetę Phœbũ equos ſuos ad pręſepia Tethidis ducere. Iberia nanq; uocatur Hiſpania ab ibero fluuio.

Sic ubi. Lege iunctim: ſicubi: ſi in aliquo loco. Maro. Sicubi nigrũ Ilicibus crebris nigra nemus accubet umbra. Idé. Sicubi magna Iouis pręduro robore quęrcus ingétes tendat ramos. Odoratas. Qui odor ex frondibus ſuauiſſimę manat herbę. Amaracus. maioranã uulgo dicimus: de qua affatim ſupra. Prętexit. Prętẽdit umbratico ſcapo ut textura quędã uideat᷑. Sterilis. Decidui: uel ex quo nihil gignitur ſi carpit᷑: Alioqui fœcundũ eſt. Balauſi. Quid ſi legis balauſti: quo floré punici mali ſignificamus. Quidã balones legunt. lege Dioſcoridé. Sed placet balauſti legas a flore punici a quo ueſtes dictę balauſtinę eo tinctę: quarũ color balauſtiuus appellat᷑. Cytinum Dioſcorides et Galenus floré ſatiuę punicę ita uocant: balauſtũ ſiluestris. Plinius Pomũ ipſum immaturũ et primũ partũ eius florere incipientis: Cytinũ appellat. Flores ipſi Balauſtia in ipſo erumpentes cytino: ueſtibus tingendis: quarũ color nomen inde acceperit: Hermolaus Barb. ſentit Auſonium balauſtũ dicere: ſiue balauſum in uerſu: item Columellam. Et tunc. Lege, et nunc. Senſus. ut olitor nymphis placeat: ferat ad eas placandas calathos roſarum offertiſſimos: quales Corydon Alexi pollicetur apud Maronem in Buccolico ludicro. Corydonis. Virgili: qui ſic appellauit ſe cũ Alexãdrũ puerũ Mœcenatis uel Pollionis nõ reſpondété in amore: uocauit Alexim. Corydon eſt auis dulce canens: quę et corydalis dicitur. Deſpernat. Valde ſpernat. Opes. Flores et cętera ad agricolã pertinentia. qualia ſic Maro deſcribit. Huc ades o formoſe puer. tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphę calathis. tibi candida Nais Pallentes uiolas: et ſumma papauera carpens Narciſum et floré iungit bene oléns anethi.

Alexis. Nomen accõmodũ ſuperbo puero: qui amatoré cruciaret: nec quidé uoce impartiri uellet. α. negat λέξις dictio. Hinc Luciani lexiphanes: qui in dictionibus uidelicet apparebat. uel Maro hoc nomen impoſuit ex imitatione pueri a Platone amati: qui dicebat᷑ Alexis. Scribit Apuleius dono húc noſtrũ Virgilium accepiſſe a Pollione. Martialis a Mœcenate ſic Maroné appellãte. Tu cape diuitias: et uatum maximus eſto. Tu licet et noſtrum dixit Alexin ames. Nais. Vocatiuus caſus. rogat nympham ut ad pelliciendũ puerum Alexandrum ferat multiplices flores. Puero. Alexi. Formoſior ipſa. Tu o Nais pulchritudine puerũ formoſiſſimum ſuperãs: ut munus ſit gratius hoc muneratore. Veriſſimum. n. illud eſt. Nõ quacunq; manu uictima cęſa litat. Calathis. in calathis et caniſtris.

Liguſtro. Flos: de quo Virgilius. Alba liguſtra cadunt. Vaccinia nigra leguntur: Nec obſtat qđ Plinius liguſtra magis inter arbores numerat q̃ flores. Arbuſculę nanq̧ liguſtri. flos liguſtrũ appellatur. cum Columella nigrum liguſtrum nuncupauit uidetur innuere duo eſſe liguſtri genera et albũ et nigrum. Audi opinionem Hermolai uerbis eius. Sciendũ et illud ē Dioſcoridem hoc loco ſcribere uiolam: quę gręce leucoion dicitur a Romanis Liguſtriam quandoq̧ nominari: etiã ſi codices ſunt in quibus non liguſtria ſed auguſtia legatur. ut fortaſſe Columella in ortu ſuo intelligat de uiola cũ cecinit. Nigro commiſſa liguſtro: Nam liguſtrum cãdidum pro cypri flore capitur. Cyprum quidã ut Plinius inquit: eſſe dicũt arborem: quę in Italia liguſtrum uocatur: ſemine coriandri: folio ziziphi. pręfertur canopica. poſt aſcalonicã ultimus locus cyprię. Seruius liguſtrum florem ſcribit eſſe candidiſſimũ ac uiliſſimũ fortaſſe hunc intelligens: qui e conuoluolo herba naſcitur: nam hic barbare ac uulgo dicitur liguſtrum.

Fer calathis uiolam, et nigro permixta liguſtro
Balſama cum caſia nectens croceoſq̧ corymbos
Sparge mero Bacchi, nam Bacchus condit odores.
Et uos agreſtes duro qui pollice mollis
Demetitis flores, cano iam uimine textum
Syrpiculum ferrugineis cumulate hiacynthis,
Iam roſa diſtendat contorti ſtramina iunci
Preſſaq̧ flammeola rumpatur fiſcina calta:
Mercibus ut uernis diues portunus abundet,

Balſama. Intelligo de herba: quę gręce uocat̃ βαλσαμένη. alio nomine βούφθαλμον et κάχλα Prophetę ęmora. alii ſemen Mercurii: Romani cappacorania. Caſia. Herba odorata. Virgilius: quem circa caſię uirides: et olentia late Serpilla. eſt herba myrrha. eſt balſamene. eſt thus redolens: nec mirum igitur ſi amomũ pro flore Seruius expoſuit: quod arbuſculã notiſſimã referret: ut minus Seruius ſit caſtigãdus. Corymbos. Vel hederę racemos: uel floris racemoſ ſe ſe entis in ſimilitudinẽ arbuſculę amomi. Mero Bacchi. Vino purito. Docet uino aſpergendos eſſe flores ut odoratius halẽt.

Bacchus. Vinum. Cõdit odores. Odorati flores cõditiores fiunt et uibratioris odoris ſi uino cõſpergantur. Plinius libro uigeſimo primo autor eſt crocum tritum cũ mero pręcipue dulci congruere ad theatra replenda: quare dictum eſt ab Epigrammatico poeta. Et cilices nymbis hic maduere ſuis. Et uos agreſtes. nunc admonet agreſtes nymphas uel re uera agreſtes holitores ut parent calathos ad flores demetendos. Sed melius agricolas intelligemus. quoniã ſequit̃ duro pollice. pollicem a pollẽdo uocatum priorem in manu digitum qđ multũ poteſt tradit Lactantius in opificio. Mollis. Pro molles. eſt iterũ antitheton in mollis et durus. Demetitis. Amputatis: pręcerpitis unguibus. Cano. Albicante. ex ſyrpis albis: ex quibus fiunt ciſtellę. Surpiculũ. Caniſtrum uimineũ. idẽ eſt ſyrpiculum et ſurpiculũ. y. enim cõuertitur in. u. Propertius uſus eſt hac uoce. Syrpiculis medio puluere ferre roſam. Plautus i captiuis. Eis ego ora uerberabo ſurpiculis piſcariis. Syrpus uimen ẽ enode: hinc natum prouerbiũ de eis: qui in facilitate quęrunt difficultatẽ. Quęrunt in ſyrpo ſoliti quod dicere nodum. Syrpare hinc uerbum fit pro uiminea contexere. Ouidius libro. vi. faſtorũ. Syrpea pro domino tyberi iactatur imago. Cumulate. Opplete. Ferrugineis. Subnigris. Ferrugo ẽ color ferri. Maro. Et ferrugine pictus ibera. Tunica nucleorum pineorum a Plinio libro. xv. nat. hiſt. uocatur tincta ferrugine his uerbis. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris ueſtitos alia ferruginis tunica. Iam roſa. Hic eſt ſenſus. Roſa ita calathum impleat ut hiet et pre numero ingeſtę roſę uimina contrahant̃ et tẽdant̃. Diſtẽdat. In diuerſas partes tẽdat et explicet. Roſa tendere uimineũ calathũ dicit̃ cũ adeo inculcat̃ ut hyet et per uim aperiat̃. Contorti iunci: In nodos impliciti ut minime diſtrahi poſſit. Stramina. Herbas quę ſternunt̃ roſis ne per interualla interlucentiũ uiminũ exilirent. Sũt qui legunt ſtamina et pro funiculis intelligũt: quibus uimen calathi uimini connectit̃ ne poſſit hyare. Fiſcina preſſa. Vimineũ uas inculcatum. fiſcus pro uimine ponit̃: unde fiſcina et fiſella. Maro. fiſcellam texit hibiſco. Columella: ni memoria labori fiſcellã uaſculũ e uimine textum uocat: quo cohibentur ora bouũ ne interarandum paſci queant. Rumpat̃. arctiſſime inculcatis farta caltis. fiſcinas crates Plinius appellat lib. decimo octauo. Calta. Flos roſa minor: de qua ſupra. Flãmeola. Rubẽti ſimili flammę. Portuuus. Scribo ex codice priſco uortunus pro uertunus. o. nãq̧ in. e. uertitur et e cõtrario. Eſt. n. uertunus tuſcus deus: cui in foro olitorio dicatum ſimulacrum: et cui ex primitiis fructuũ terrę quidpiã ſemp dicare ſolebãt. Hic dictũ ẽ a Propertio loquente Vertunno: Prima mihi uariat liuentibus uua racemis: Et coma lactẽti ſpicea fruge tumet. Vertunus appellatus qđ fructus anni uertentis primus decerpit. Diues uernis floribus fiet uertunus: ut pote cui plurimi dicabuntur. Sed annotamenta noſtra: hoc carmẽ explicãtia lege: ubi ſup uertuno uagati ſumus. Mercibus uernis. Floribus uerno tẽpore natis: qui ſunt mercimonia illius, qui colit agrũ florum: Si meſſem

Florum multiplicem colligit agricola: coronas floreas lautas dicat ipſi uertuno. Et titubante. Malus luctator é Liber. pedes captat primũ inquit Plautus. Vinũ facit ueſtigia nutare. Hinc Callidamátes Ebrius apud Plautum caſabundus incedit. huic congruit illud Tibulli. Nó feſta luce madere Eſt pudor: errantes et male ferre pedes: Virgilius. Tentatura pedes olim: uincturaq́ linguá. docet Iunius quemadmodum olitor petens urbem diuertet ad hoſpitem ubi laſſus reficiens corpus: cum pluſculum

Et titubante gradu multo madefactus iaccho
Aere ſinus gerulus plenos grauis urbe reportet,
Sed quom maturis flauebit meſſis ariſtis
Atq́ diem gemino titan extenderit aſtro,
Hauſerit et terris lernei brachia cancri,
Allia cum cepis cæreale papauer aneto

ſe inuitauerit referet gradus nutabantes et inconſtantes. Madefactus. Ebriacus. Madere é ebriũ eſſe. ut patet apud Tibullũ. Plautus in moſtellaria. madet homo. Iaccho. Baccho: uino Aere. Pecunia redacta ex diuẽditis floribus et herbis odoratis. Sinus. Simplicitas ruſticana crumenam non geſtat. ſed in ſinu nummulos cõdit inuolutos linteolo uel aliquo eiuſmodi. Gerulus. Holitor qui geſtauit hos flores. Grauis. Pecunia preſſus et oneratus. Vrbe. Ex urbe ferat in rus. Ordo. gerulus grauis ęre madefactus multo Iaccho reportet urbe ſinus plenos cum titubáte gradu. Sed cum. Senſus eſt. cũ tempus triturę ueniet: poſt matura frumenta tempus eſt allia: cepas: papauer et anetum ſerere. In maturis. In ariſtis: quę maturuerunt: quod cum fit flaueſcunt ſegetes. Allium deponendum eſſe Columella cenſet libro. xii. circa Cal. Octobreis. Regionibus autem pruinoſis non per autũnum ſeri debet. Nam brumali tempore corrumpitur: quod fere menſe Ianuario miteſcit et iccirco frigidis locis tempus optimum eſt allium uel ulpicum ponendi circa idus prędicti menſis. ſed de ſœtibus ortenſibus hic agit Columella. Scimus certe cuncta pręcocia ortis gratiam magnã afferre. Gemino aſtro. Multiplicato et aucto lumine ita ut et melius luceat et ardentius: et ſol geminus uideatur propter geminatas caloris uires. quidam aſtro gemino ſubintelligũt relicto. Hoc ſenſu. Cum ſol reliquerit geminos Cancrum: Leonemq́ Auguſti penetrauerit: tunc allia ſerantur. Geminos nõnulli Caſtorem uolunt et Pollucem ob concordiam fraternam donatos cœlo. Alii dixerũt Herculẽ eſſe et Apollinem. Nonnulli etiam Triptolemum et Iaſiona a Cerere dilectos. Sol Cancrum ingreditur in menſe Iunio: occaſus uero Cancri eſt nonis Ianuarii ſi credimus Ouidio ita ſcribenti libro primo faſtorum. Ergo ubi nox aderit uenturis tertia nonis. Sparſaq́ cęleſti rore madebit humus: Octipedis fruſtra querunt brachia Cancri: pręceps occiduas ille ſubibit aquas: quod ſummopere ſentẽtię autoris cõgruit: qui tradit in duodecimo: Octobri et Ianuario commode ſeri allia. pręterea concinunt ſuperiori carmini: in quo traditur appetente maturitate frumẽti: Iunio et Iulio menſibus: incipere ſationem alliorum ſi pręcocia uolumus: quę pro natura regionum prorogari põt uſq́ ad mẽſem Ianuariũ quãdo Cancer occidit. Extenderit. Si ad calorem refert interpretare intenderit calorem. ſi ad tempus expone dilatauerit ſe a geminis Maii menſis uſq́ ad ortũ Cancri: hinc uero ad occaſum: qui fit in Ianuario uel in fine Octobris ut quidam mallunt. Ego uero conſiderata ſententia Columellę: et filum filo: ut prouerbialiter dicitur: texens: hic mẽtionẽ fieri reor: non de ſatione allii: de qua re impręſentiarum non agit. ſed de tempore quo allia colliguntur et matura ſunt: quod euenit in maturitate frumenti: in Iulio uidelicet et Auguſto. Hic enim de olitoriis uenalibus agit admonetq́ agricolam ut cepas: anetum et allis uenalia ferat in urbem: et omnino intelligemus de geminis ſigno menſis Maii: ut ſit ſenſus holitorem incipiendo a medio Maio quando ſol ingreditur geminos allia uiridia gratiſſima cũ cepulis in urbem ferre: dein matura cum ſol ingreditur Cancrum: et omnino cẽſeo de ſole Cancrũ ingrediẽte intelligas nõ occaſu Cãcri. Sol. n. in Iunio mẽſe Cãcrũ ingreditur: illicq́ moratur uſq́ ad pluſculos Auguſti dies: unde poſtmodum tranſitum facit in Leonẽ: et hęc uera Columellę ſenſus enucleatio: priora ſomnia puta. Hauſerit terris. Extraxerit a terris ſub quibus deliteſcebat et oriri fecerit: eſt. n. ille quaſi uelut ortus cũ ſol ſignũ ingreditur a cuius luce luminoſum fit et illuſtratũ. Brachia. Octona. n. habet: unde uocatur octipes ab Ouidio ſic. Octipedis Cãcri terga ſiniſtra time. Lernęi cãcri. Nati in lerna palude argolica: ubi Herculi excetrã hoc eſt hydrã: quã uocarũt et echidnã cõficiẽti pedẽ morſit: Iuno hoſtis Herculis in aſtra collocauit autor Hyginus. Hic et carcinos dicitur a Lucano uoce gręca: unde gemma carcinodes: eſt et morbus ſerpens: gręci carcinoma dicunt. Carcinoma ſuum Iuliam uocabat Auguſtus. Cancrena eſt ulcus Cancro non multũ abſimile. Non reticendum duxi quod tradit Plato i dialogo euthydemo his uerbis. Hercule quidẽ ſum imbecillior q pugnare ſimul nõ ualuit aduerſus hydrã ſophiſticã: cui pp ſapiẽtiã pro uno ſermonis capite amputato multa repullulabãt ac etiã aduerſus Cãcrũ ſophiſtã quẽdã ex mari aduẽtãtẽ: et nuper ut arbitror aduectũ nauis: quo cũ Hercules ad ſiniſtrã angeret: uerbiſq́ acriter morderet: nepotis ſui Iolai auxilium implorauit: qui ſummopere

Iungite, dumq; uirent nexos deferte maniplos
Et celebres fortis fortunæ dicite laudes,
Mercibus exactis ilariſq; recurrite in ortos,
Tum quoq; proſciſſo riguoq; inſperſa nouali
Ocyma comprimite et grauibus denſate cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti pulueris æſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat.

illi ſuccurrit. Iūgite. manipulos et reſtes: ut Plinii uerbo utar. Allii facite ut uenales in urbē ferant. Dūq; uirent. uēdant̄ iſta uiridia et ſicca. Nexos maniplos. Manipulos et faſiculos alligatos: ſciū/ctim allia: cepas: anethū: papauer. Deferte. In urbē ferte O agreſtes. Decet. n. autore Catone uendacē nō emacē eſſe bonū patrē familias. Fortis fortunę. unū epitheton fortis. Admonet agricolam ferentē in urbē faſiculos olerum ſinus ęre repleat: quo gaudens et exultans canat laudes in honorē fortunę fortis: quę fortibus fauet agricolis: et cuius dies ſolēnis eſt in Iunio menſe quando hęc olera ferū/tur in urbē. De hac Plautus meminit ſic fortius forti fortuna au/res obſerat. Scribit Plutarchus in problematis Seruium Tulliū ędē fortis fortunę extruxiſſe: primo/genitę et maſculę. ſed eſt unū proprię fortunę templum. Aliud cō/uertentis: aliud beneſperātis: uirginis aliud: quorum cognomenta quis proſequi poſſet cū fortunę niſ catę tēplū ſit quaſi ab ea nos procul capiamur: et iudiciis ac reb͛ inhęreamus. qđ lux forti fortunę di/cata in Iunio ſit docet Ouidius libro ſexto Faſtorum. Quam cito uenerunt fortunę fortis honores. Poſt ſeptem luces Iunius actus erit. Mercibus exactis. Cū diuenderitis mercimonia ortenſia: quę ſunt holera: ex orto nanq; autore Plinio: ſuccidiā fieri ſolitam dicebant. Ilaris. Pro ilares: ridētes: et amœniſſime lętiſſimeq; florentes. Recurrite. Iterum currite: nūq̄ uobis copia deficiet ortorū. ſemper unum poſt aliū ſufficiens. et ut ait Poeta ſimiliter in re diſſimili. Vno auulſo nō deficit alter. Tū quoq;. In eodē mēſe docet herbas odoratas eſſe ſerendas. Proſciſſo nouali. In terra culta: quę requie/uerit. nā illa noualia uocitamus et nouales. Riguo. Irriguo: qui irriget ab aqua. Inſperſa. Sata quadā ueluti ſparſione. Ocyma. Lego ozima pro herba odorata cōdimentis idonea: quę deriuatur ab [illegible] quod eſt redolere. In ortis ſatorū celerrime naſcit̄ ozimum. nihil illo fœcundius cum male/dictis ac probris ſerendū pręcipiunt: lętius proueniet. Hęc Plinius lib. xxi. Columella libro duodecimo. Circa idus Maias ozima ſeruntur quorū cum ſemen obrutum eſt: diligenter inculcatur paticula uel cylindro. Nam ſi terram ſuſpenſam relinquas: plerunq; corrumpit̄. De hoc ozimo meminit ſic Perſius. Cum bene diſcincto cantauerit ozima uernę. Nunc error publicus corrigendus illorū: qui putant ozimum idem eſſe quod ocymum: immo ita ſcriptum cum. C. ſcilicet i codicibus omnibus in/ueni: cum per. z. ſcribi debeat. nec refert ſi Plinius tradit ozimum celerrime prouenire: nō enim om/nia propere naſcentia ocyma dici debent. nos ozimum lingua uernacula baſilicum uocamus. ocymū uero numeratum inter pabularia tantum diſtat ab ozimo q̄tum hypanis ueneto diſſidet eridano. De ozimo Plinius meminit libro uigeſimo primo. De ocymo libro decimo octauo ſic. Apud antiquos erat pabuli genus: quod Cato ocymum uocat: quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat e pabulis ſegete uiridi deſecta anteq̄ gelaret. Manulius tradit Fabam: uiciam et eruiliam autūno miſcuiſſe priſcos: admixta gręca auena: cui nō cadit ſemen: hoc uocitaſſe ocymum: bouumq; cauſa ſeri ſolitum. Varro appellatum a celeritate proueniendi, a gręco qđ ocys occos dicunt. Hermolaus tamē Barbarus iſtum baſilicū a uulgo: ut a gręcis quoq; dictum: ocimum uocari: pabulariū illud ocynum. quā opinionē nō probo.

Cylindris. Columellis teretibus et oblōgis: quibus ſuperiori annotatione diximus dēſandū et proculcandum ſolum ozimi paticula uel cylindro. nam ſi terram ſuſpenſam relinquas plerunq; corrumpitur: Cylindri quoq; ſunt gemmę oblōgulę unde figura cylindracea uocatur de quibus Satyrus. Tu nube: atq; tace. donant archana cylindros. Maro cum columnam ad proculcandū intelligeret ait. Area tū primū ingenti eſt ęquanda cylindro. Exurat. Reddit rationem cur ozimū ſit cylindro proculcā/dū ne. ſ. terrā ſuſpenſam et cauernoſam ingrediant̄ uapores ſolis: et nimius humor aquę: quę oia poſ/ſunt ozimum corrumpere. Sata. ozimi ſemina. Pulueris reſoluti. terrę apertę in puluerem a calore redactę: Maro. Puluerulenta coquat maturis ſolibus ęſtas. uel appellat puluerē propter agricolā: qui anteq̄ ſementem iaciat minutim terrā cōminuit. Paruulus aut pulex. inter animalia corrodētia olera annumeratur culex: de quo meminit Plinius libro undeuigeſimo. Columella ſimiliter libro duodecimo. De pullice culiceq; Paladius libro primo. Culices galbano infuſo fugant̄ aut ſulphure. Pulices amurca per pauimentum frequenter aſperſa. uel cumino agreſti cū aqua trito. Vel cucumeris agreſtis ſemen aqua reſolutum ſępe infundēs. Pullicē prima lōga dicimus. quare Ouidi non putatur libellus cui titulus eſt de pullice. ubi ſic ſcriptum. Parue pulex: et amara lues: inimica puellis. Irrepēs. ſenſim aſcendēs: unde repere et repulia ſerpentia dicta: quę gręci herpeta q̄uis ſpecies carcinomatis hoc eſt Cancri eodem nomine dicatur. Laceſſet. Scribo laceſſat pro impetat: et abrumpat.

Neu formica rapax populari ſemina poſſit,
Nec ſolum teneras audent erodere frondes
Implicitus conchæ limax hirſutaq; campe.
Sed quoniam ualido turgeſcit lurida caule
Braſſica, cumq; tument palentia robora betæ
Mercibus atq; olitor gaudet ſecurus adultis,
Et iam maturis quærit ſupponere falcem,
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter ignes
Grandine dilapidans hominumq; boumq; labores,
Sæpe etiam grauidis irrorat peſtifer undis,
E quibus infeſtæ Baccho glaucisq; ſalictis,
Naſcuntur uolucres, ſerpitq; eruca per ortos,

Rapax. Rapiens ſemina: quę frugilega dicitur. Populari. Depredari dicimus quoq; populare. Virgilius. Populatq; ingétem farris aceruũ Curculio: atq; inopi metués formica ſenectę. Populabũ/dum hiſtorica dictione in hoc ſignificatu dicimus. Implicitus conchę. Implicatus et inſitus i concha hoc eſt teſtaceo tegmine quoniam reperiuntur limaces ſine concha. Plinius cóchas tradit inueniri quę uites arrodant. Limax. Plinius libro duodeuigeſimo. Limaces naſcuntur in uitia: aliquando e ter/ra cochleę minutę mirum in mo/dũ erodentes eam. Hirſuta. Pi/loſa. Campe. κάμπη uoca/tur eruca. quoniã tortuoſo arcua/tone corpore icedit. κάμπτω grę/ce eſt inflecto. Plautus quoq; cã/pas in hoc ſignificatu dixit. Colu/mella alibi. Voluitur ad terrã di/ſtorto corpore campe. meminit hu/ius dictionis Suidas. Et quoniã. Longum hirmonuſq; ad illud car/men hęc ne ruricolę. Senſus eſt, non ſolum debemus curare ut ſa/ta poſſint adoleſcere: uocuaq; il/linc expellere animalia ſed artib. tempeſtatibus eſt occurrendum. Sincerior tamé lectio ſic ordinat. cum omnia iſta curauimus: et ſe/dula opera ad maturitaté perduxi/mus: proſpiciendum eſt ne tempe/ſtas labores noſtros irritos faciat. Et ſcribatur uelim. Sed cum iam ualido. Ordo. Sępe ferus duros iaculatur Iuppiter ignes cum braſſi ca iam turdeſcit ualido caule. Lurida. Cęrulea: et atro cum uiridi colorata. Turgeſcit. Creſcit: ſurgit. Valido caule. Cum adoleuit ut firmo ſit et imobili pede. Robora. Robuſtus pes betę et ſo lidus. Pallentia. Inter uiride et album ſuffuſa eſt beta: unde nunc pallere dicitur. Securus. Sine cura laboris. credit enim ſe omneis exhãuſiſſe labores oleribus matureſcentibus: cũ inſtet unus et ma ior cauere tempeſtates. Mercibus adultis. Oleribus quę ſunt merces ortulani: ex quo mercimonio parat ſibi uictum. Maturis. Oleribus. Quęrit. meditatur: parat. Supponere falcem. Meſſem olerũ facere. Ferus. Iuppiter: uehemens aqua et immanis turbo. pluuiis enim prefici Ioué conſtat: unde Iouem pluuium uocarunt. Ignes. Fulmina. Dilapidans. Cedens et obtundens inſtar lapi dum. Hominum boumq;. Scribo. hominũq; boumq;. imitatio eſt maroniana. Labores. Ole ra: quę maximo agricolarum labore ueneruut. Sępe etiam. Inter morbos nocentes agris ponit ro/rationem: uolucras: et erucam. Irrorat. Rorem ſol ſecutus inurat ſupra ſata: quę noxa uocaẗ rubi/go. Ros enim ſimplex iuuat olera: incoquente ſuper ſole ledit. Plinius libro undeuigeſimo. pleriq; di/xere rorem inuſtum ſole agri frugibus rubiginis cauſam eſſe: et carbunculi uitibus. Peſtifer. Vt pote cum rubiginem gignat: et id genus peſtes. Grauidis. Abundãtibus: magnis. Et quibus. Laboribus agricolę hoc eſt oleribus. quidam legunt e quibus hoc eſt hymbribus immodicis naſcunẗ animalia dilapidãtia labores hominũ. Sũt qui ſcribſit et ſuper pro inſuper. Infeſtę Baccho. Viti/bus nocuę. Glaucis ſalictis. Viridibus ſalicibus. nã tenereſcentes uirgulas abſumũt: quando ad in ſtar pampini erumpunt. Salictũ locus ſalicibus cóſitus appellatur. Volucres. Poſſimus uolucrę et uolucres legere. apud eundem Columellã dicitur hęc uolucra libro tertio ſic. Genus eſt animalis uo/lucra appellatur. id fere prerodit teneros adhuc pampinos. Quidã apud Columellã in uerbis prece/dentibus nó uolucram. ſed uoluocem ſcribũt: decepti a codice pliniano mendoſo ubi cũ uolucré ſcribi debuiſſet uoluocem corruptores intruſerunt. Sed ne apud me ſit fides: relego te ad codicem antiquiſſi/mum Plini: qui Bononię in libraria minorum fratrum ſeruaẗ: ubi uetuſtiſſimis caracteribus habetur adhuc intemerata uera lectio. Et ut planius intelligas duo ſunt uermiculi diuerſi quos pro eodem acce perunt quidam: alter uolucra ſeu quod idem eſt uolucre dicit. Alter conuoluolus ſiue inuoluolus. Có uoluolus uitibus ſe implicat. uolucra minime. ſed earũ teneros pampinos prerodit. Thalcatitium hunc Bononienſes appellant ab incidendis uitibus. nam autore Nonio intertbaliare eſt amputare. Volucra dicitur qđ uolaticũs eſt: et uaginipénis et aliger: uiridi colore: roſtro mucronato et ferrato. Inuoluolus alas nó habet et hoc apteron. hoc ẽ impẽnatum uocitat Ariſtoteles: cum oculata fide uiderim ego Tha/lcatitium hoc eſt uolucram eſſe uolaticum paruo ſcarabeo ſimilem aliis ut uagina incluſis. Serpit. Inſtar ſerpentis arcuato ſinuoſo gradiẗur inceſſu. Vide tamen annotamenta noſtra ſuper inuoluolo.

Quos ſuper. Super quos ortos et ortēſia olera. Exurit fœmina. Sēſus eſt ſi fœmina mēſtruata tenera et lactentia olera tangat: illa intermoriūtur. tanq̄ ſignificare uelit Columella non tantum uitā/ da eſſe prędicta ortorū incōmoda. ſed et fœminas incitati mēſis. his ſubſcribit Plinius libro ſeptimo: Sed nihil facile reperitur mulierū mēſtruo magis monſtrificū. Aceſcunt ſuperuētu muſta. Sterileſcūt tactę fruges. Moriunt̄ inſita. Exurunt̄ ortorū germina: et fructus arborū: quibus inſidere decidunt.

Quos ſuper ingrediens exurit fœmina uiſu,
Quæ capitis uiduata coma ſpoliataq; nudo
Vertice, trunca iacent triſti cōſumpta ueneno.
Hæc ne ruricolæ paterentur monſtra ſalutis
Ipſa nouas artes uaria experientia rerum
Et labor oſtendit miſeris, uſuſq; magiſter
Tradidit agricolis, uentos ſedare furentis
Et tempeſtatem tuſcis auertere ſacris:
Hinc mala rubigo uiridis ne torreat herbas
Sanguine lactantis catuli placatur et extis.
Hinc caput arcadici nudum cute fertur aſelli
Tyrrhenus fixiſſe Tages in limite ruris.

Fœmina. ſubitellige mēſtruata. Viſu. Si illa uiderit: eo tēpore quo mēſtruo uexat̄: ipſa ortenſia. codices antiqui habēt morſus quod nō diſplicet. nam ſimpathia quadā ut uenenū ſenit mulierum mēſis in teneras herbas: quas mordicat et atterit. Quę capitis uiduata coma. Quę habet diſcinctū capillum et crines defluos. nā tūc quadā ueluti ſupſtitione creditū ē plus imprimi nocumēta et ipſa incātamenta: cū nodus omnis obſit religioni. Viduatā comā appellamus raſo capite. uel quę ſit crinibus paſſis. Spoliata. Nulla habēs in nudo uertice redimicula. Trūca. Virgulta et tenerrima quęlibet ortenſia. Iacent. Exuruntur: et cōſequēter arēt et flaccēt.

Triſti ueneno. Mēſtruo horribili: quod eſt teneris herbis pręſentariū uenenū. Cōſumpta. Arefacta. Hęc ne ruricolę. Senſus. ut occurrere poſſent agricolę cōtra has peſtes omnia uaſtātes: etruſci ritus multa docuerūt et enumerat illa ſingillatim. Ruricolę. Agricolę. Mōſtra. Animalia perniciōſa ut mōſtrū ad malū nata quis Plinius mōſtrificū uocitet ipſum mēſtruū. Salutis nouas artes. Nouas et inuſitatas artes: qbus poſſimus parare agello noſtro ſalutē. iungit̄ cum inferioribus ſalutis. Varia. Variorum cogitationum et rerum inuentrix. Manlius. Per uarios uſus artem experientia fecit Exemplo monſtrante uiam. Labor. Experientia namq; ſine labore non paratur: quę conſtatur dum nihil intentatum relinquimus. Miſeris. Miſeria omnia experit̄ et tentat. Vſus magiſter. a quo uſu pēdet tota agricultura. magiſter rerū dicit̄ uſus a Catone. Sedare. Ponere: placare. Tuſcis. Infra docebit. Hinc. Doctrinarū etruſcorū ſacrorū. Mala rubigo. Segetibus noxia. Viridis. Pro uirides. Torreat. fit. n. rubigo ſole aquā icoquēte ſupra herbas. Lactātis. Lac ſuggētis: tūc fellitātes et ſubrumi dicti. Ablactare eſt a lacte excludere. Lactētis ſunt q legūt p teneri. Plinius lib. xviii. docet canicula expiata: quę occidit cū rubigo nocere ſolet: auerti dirā rubiginē. Eius uerba ſubtexui. Tria nāq; tēpora fructibus metuebāt pp quod iſtituerūt ferias dieſq; feſtos rubigalia: floralia: uinalia. Rubigalia. Numa cōſtituit anno regni ſui. xi. quę nūc agūt̄ ad. vii. Cal. maii. qm tūc fere ſegetes rubigo occupat. hoc tēpus Varro determinat ſole tauri ptē decimā optinēte: ſicut tūc ferebat rō. Sed uera cā ē qd poſt dies undeuiginti ab ęquinoctio uerno p id quatriduū uaria gētiū obſeruatione i. iiii. Cal. Maii canis occidit ſidus et p ſe uehemēs et cui pōccidere caniculā neceſſe ſit. Hoc canariū ſacrificiū uocabatur: et cū ſacrificabāt catulo facere dicebant. Super qua re et hęc ludit Ouidius libro Faſtorū quarto. Aſpera rubigo parcas cerealibus herbis: Et tremat in ſumma lene cacumē humo. Subditq;. Eſt canis: icariū dicūt: quo ſidere moto. Toſta ſiti eſt tellus: pręripiturq; ſeges: Pro cane ſidereo canis hic imponitur aræ. Hinc. ab hac etruſcę religionis peritia. Arcadici aſelli. Arcadia generoſorū ferax eſt aſinorū: unde manauit illud Satyrographi. Nil ſalit arcadico iuueni: quis referri poſſit ad naturā arcadū: quos Philoſtratus pigues et rudes appellat. Nudū cute. caluariā aſini ſpoliatā capillis. Tyrrhenus. Etruſcus: in Etruria natus. Tages. aruſpicinę inuētor: qui ex terra natus ē in Etruria: a quo libri tagetici uocant: in qbus deſcripta erāt ſacra ad aruſpices pertinētia. Ouidius. Haud aliter ſtupuit q̄ cū tyrrhenus arator Fatalē glebā motis aſpexit i aruis: Spōte ſua primū: nulloq; agitāte moueri: Sumere mox hoīs: terręq; amittere formā: Oraq; uēturis aperire recētia fatis: Indigenę dixere tagen: q primus Etruſcā Edocuit gētē caſus aperire futuros. Cū i Saturnalibus Macrobius traiecticos libros Memorat: tu lege tageticos: de qbus meminit Fulgētius i lexico. Fixiſſe. pręfixiſſe ad expiādū ortū. hoc ſituiſſe Satyrographū tradūt cū inqt. Ad quā laſciui ludebāt ruris alumni. In limite ruris. In finibus agri ortēſis. Hoc. n. habebat̄ expiatoriū. Palladius libro primo. Oia ſemina orti uel agri ſeruūt̄ ab oibus malis ac mōſtris tuta ſeruari: ſi agreſtis cucumeris ſatis radicibus ante macerent̄. Itē equę caluaria. ſed nō uirginis itra ortū ponēda ē uel poti' aſinę. Credunt̄. n. ſua pńtia fœcūdare quę ſpectāt.

Iouis fulmina. Diurna intelligit quę iaculatur Iupiter: nocturna ſūmanus. Hic ē ſenſus: Tarchon ſacrificulus ad euitanda fulmina uitibus albis dūtaxat ſepes cingebat. Prohiberet. Arceret ab orto ne lederent poſſent illum. Tarcon. Tradunt Etruſcorum aruſpicū optimum fuiſſe. Certe ſcio nomen etruſcum hoc eſſe. Sedes. Omne orti ſpatium: quidam legunt ſepes: et ita in codicibus priſcis habetur. Vitibus albis. Columella libro primo. Contra grandinem multa dicunt. Panno ruſſeo mola cooperitur. Item cruēte ſecures contra cęlū minaciter leuant. Tū omne orti ſpatiū alba uite percingitur.

Vtq; Iouis magni prohiberet fulgura Tarcon
Sæpe ſuas ſedes percinxit uitibus albis,
Hinc amytaonius docuit quem plurima chiron,
Nocturnas crucibus uolucres ſuſpendit, et altis
Culminibus uetuit feralia carmina flere:
Sed ne dira nouas ſegetes animalia carpant:
Profuit interdum medicantem ſemina pingui
Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca,
Innata ue æris nigra ſatiare fauilla
Profuit et plantis latices infundere amaros
Marrubii multoq; ſedi contingere ſucco,
At ſi nulla ualet medicina repellere peſtem,

Hinc. Ad fugandas has ortenſes peſtes. Amytaonius. Melampus Amytaonis filius diuinus poetes et ſacrificulus: de hoc Maro i georgicis. Phillirides chiron Amytaoniuſq; Melamp⁹. Dictus eſt Melampus a nigris pedibus: quem ſummū quoq; uatem fuiſſe teſtantur: de quo Suidas hęc. μελάμπους. μαντικὸς ἦν δὲ οὗτος. ἐδόκει σύμβολα μελάμποδος ... τὰ μέλλοντα. Hic amauit Peroide q̄ Propertius: Pero formoſa coegit Mox Amytaonia nupta futura domo. Chiron i. Centaurus: qui medicus et multiſcius ē habitus. Nocturnas. Vt ueſpertilio ē: noctua: nycticorax: bubo: et reliquū auium quod ſolē auerſat̃. Suſpendit crucibus. Suffixit cruci. Hęc erat expiatio Lucio Apuleio conſentiente de quo multa in annotamentis noſtris edisſeruimus. Palladius libro primo. Contra grādinē omne orti ſpatiū alba uite pręcingitur. Vel noctua pennis patētibus extenſa ſuffigit̃. Addit Apuleius hoc factitaſſe priſcos ut quod canerēt ſiniſtrū nobis pernicie pœnę expiarēt. Culminibus. In ſummitatibus domorū. Imitatio uirgiliana. Ipſaq; culminibus ferali carmine bubo Viſa queri: et longas in fletum ducere uoces. Feralia. Mortifera: calamitoſa cladem: portendentia. Flere. Queri: flebilem proferre uocem: qualem deſcribit bis Actius. Queras noctuam: quę Tu tu uſq; dicat. Sed ne. Omiſſis cantaminibus et amuletis carminis remedia: quę humanę excogitarūt artes. Dira: Noxia: inimica. Nouas. Lactētes: iniurię nimis expoſitas. Carpant. Conuellant et rodāt. Profuit. Vtile fuit. Medicantem. Macerantem: tingentē: quę res ueluti quędam medicina in melius ſemina refert. Et medicantē expone ſi quis medicet. Virgilius. Semina uidi equidem multos medicare ſerentes: Et nitro prius et nigra perfundere amurca Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Pingui. Glutinoſa et ſpiſſa. Palladia amurca. Oleacea. nam Palladi dicata eſt oliua: quam in dedicatione Athenarum extulit. unde a Marone dictum libro Georgicon primo. Oleęq; Minerua Inuētrix. Italicus libro primo Pūnicorum. Nullaq; Palladia ſe ſe magis arbore tollit. Sine fruge ſalis. Sine miſtura ſalis: quę amurca ſit inſulſa: quam Plinius libro duodeuigeſimo puram uocat: qua tradit medicari ſemina conducere. Idem Moderatus libro. ii. Alii hac eadem aqua uel amurca inſulſa cum cępit infeſtari ſeges: perfundunt ſulcos: et ita noxia animalia ſummouentur: de hac inſulſa amurca meminit et Palladius. Contigere. Perfundere. Aeris fauilla. Fuligine. Idem libro. xii. ſic exponet. Qui ęſtate iſta ferēt caueat ne propter ſiccitates culex adhuc tenera folia pęrodat. Id quoq; ut utetur puluis: qui ſupra camerā inuenit̃ uel etiā fuligo: quę ſupra focos tectis inhęret colligi debet. Satiare. Immo contingere: atq; cōſpergere. Innata. Ingenita: inolita: intus nata animalia dira. Plantis. Circa plantas ubi naſcunt̃ animalia dira et noxia. Latices. Cremorē hoc eſt expreſſum marrubii ſuccū amarum. Marrubiī. Herba ſucco amaro oībus nota. Eſt marrubiū duplex folio herbaceo et inciſuris altioribus ſerrato: unguentarii utunt̃: ut Theophraſtus ait: quęſito ad quędā. hoc et candidum appellauerim. alterum folio rotūdo uehementer ſquallido: ut ſaluia et obſcurius ſerrato quod balloten interpretor. nam et medicinę congruunt in Plinio. Feri. Scribo ſedi. Columella libro duodecimo. Veteres quidem auctores ut Democritus pręcipiunt ſeminā omnia ſucco herbę: quę ſedum appellatur medicare: eodemq; remedio aduerſus beſtiolas uti: quod uerum eſſe nos experientia docent. Plinius libro decimo octauo. Democritus ſucco herbę: quę appellatur αἴζωον in tegulis naſcens tabulis ue latine uero ſedum aut digitellum medicata ſeri iubet omnia ſemina. Valet. Poteſt. Medicina. Remedium humanum. Peſtem. Animalia noxia et calamitoſa agris et infeſta.

Dardanię artes. Magicę a Dardano nuncupatę. Nudata plantas. Tunica retracta et magis oi' rus menſium emanet. Scribit fœminam in menſtruis officere beſtiolis erodétibus ortum. Super qua re tradit hęc Columella libro duodecimo. Democritus in eo libro qui inſcribitur περὶ ἀντιπαθῶν affirmat has ipſas beſtiolas enecari: ſi mulier quę in menſtruis eſt ſolutis crinibus et nudo pede unam quáq; aream ter circúeat. Poſt hoc enim decidere oés uermiculos et ita emori. Palladius libro primo: Aliqui mulierem menſtruantem nunq̃ cinctam ſolutis capillis nudis pedibus cótra erucas et cętera ortum faciunt circũire. Plinius in calce libri. xvii. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Operata. Quę fuit in opera uenerea: hęc quę nitipotens eſt: et cui fluere incepit menſtruum. Operam prę ter cętera ſignificata uocamus coitum. Plautus uiden ut opera largus eſt nocturna? Alibi. Operam tuam nihil moror. nimis prętioſa es operaria. Columella. Si rebus uenereis operatus fuerit uel uir uel fœmina. Operari pertinet quoq; ad ſacra. Propertius. Cynthia iá noctes é operata nouem. Iuſtis legibus. Statis conditionibus tḗporis incitátis menſes. Manat. Fluit: et madet. Pudibunda. probroſa: propudioſa: deteſtanda.

Dardaniæ ueniunt artes, nudataq; plantas
Fœmina, quæ iuſtis tum demum operata iuuentæ
Legibus obſceno manat pudibunda cruore.
Sed reſoluta ſinus, reſoluto mœſta capillo
Ter circum areolas et ſepem ducitur orti.
Quæ quom luſtrauit gradiens mirabile uiſu
Non aliter q̃ decuſſa pluuit arbore nimbus,
Vel teretis mali uel tectæ cortice glandis
Voluitur ad terram diſtorto corpore campe.
Sic quondam magicis ſopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapſum uidit Iolchos.
Sed iam prototomos tempus decidere caules,
Et tarteſiacos paphioſq; reuellere turſos
Atq; apio faſces et ſecto cingere porro.

Obſceno cruore. Deſcriptio mẽſtrui uellata honeſtis uerbis. Reſoluta ſinus. Recincta plicas ueſtis oís. n. nodus religionib' obeſt. Reſoluto capillo. reſolutos capillos melius legerẽ. figurate dictũ. pro habens reſolutos crines. quoniam propoſuit. Sed reſoluta ſinus. Areolas. Quadrua compita et breues areas orti de quibus meminit Palladius. Quę. Supraſcripta areolas et ſepem; uel ſit rectus caſus: et intelligatur fœmina. Luſtrauit. Obambulauit: circundedit. Gradiens. Dum graditur. Mirabile uiſu. Ad uidendum. Non aliter. Senſus. Fœmina menſtruante circũambiente ortum cadent uermiculi tam crebri ut cadunt fructus arborei. Decuſſa arbore. Deiecta quercu: ex qua numerus glandium cadit innumerus. Pluit. Inſtar pluuię denſiſſime decidit. Nimbus. Multitudo uermiculorum ęquans ingentem pluuiam. Mali. Comparatio cum pomus excutitur a cadentibus uermibus. Tectę. Genitiuus ſingularis: cum cadit glans: quę corticibus tegitur. Voluitur. Deuoluitur et deicitur. Diſtorto. In diuerſas partes torto ualde torto: recuruo. Campe. Eruca. Columella in duodecimo a nobis appellantur erucę: gręce campę nominantur: uel manu colligi debent. Palladius libro primo. Campas nonnulli ficulneo cinere proſecuntur. Si permaſerint urina bubula et amurca ęqualiter mixta cóſeruēant: et ubi refrixerint olera omnia hoc hymbre conſpergere. Campas in hoc ſignificatu deprehendes apud Plautum in trinummo. Campe hic rectus eſt caſus ſingularis. gręce enim ſcribitur καμπη' ita dicta ut reor qđ tortuoſe incedit, κάμπτω enim ſignificat flecto.

Sic quondam. Magicis uerbis non minus deuoluuntur ex arboribus campę q̃ detracta fuit ſerpens cantibus ex arbore incantáte Medea: quam arbori implicitam cuſtodiſſe uellus teſtatur Apollonius Rhodius: et Ouidius. Sopitum. Somno datum. Vellere phryxęo delapſum. Decidentem magia a cuſtodia uelleris aurei: quod Marti dicauerat Phryxus. Iolchos. Minyę: et Argonautę Theſſali. Iolchos ciuitas Theſſalię patria Iaſonis. Sed iam. Nunc omiſſis artibus et remediis: quibus obuiam itur ortorum incommodis: tranſit ad commoda; monet inſtare tempus idoneum ad metendas quaſdam herbas. Protocomos. Scribe prototomos hoc é cimas: caules uidelicet teneriores: qui primum reſecantẽ. Decidere. Deorſum incidere prope tyrſum. Tarteſiacos. Lactucę tarteſię: de qua ſuperius affatim. Paphios. Et tempus é decidere lactucá: quę a Papho ubi pulcherrima prouenit nomen habet. Reuellere. Extirpare. iſta forte tenella comeditur. Turſos. Pro tyrſos. y. enim mutatur in. u. ut ſulla: Amphytruo. Tyrſum lactucę uocamus pedé. Apio. Ex herba apio: petroſelino ut reor hoc é ſaxapio ut obiter Theodorę a utar uoce. Faſces. Manipulos. Secto porro. Pro ſectiuo. Subintellige cingere faſces. Cingere. Conſtringere faſces ex his rebus; et aliquo uitili ligare.

Iamq; eruca ſalax fœcundo prouenit orto,
Lubrica iam lapathos, iam thami ſponte uireſcunt,
Et ſcyla hirſuto, cepa et nunc horrida ruſco,
Prodit et aſparagi corruda ſimillima filo.
Humidaq; Andrachne ſitientes protegit antes.

Eruca ſalax. Herba ſalacitatē hoc eſt pruritum ueneriū ſuſcitās. ab Epigrammitico perinde uocaſ herba ſalax. Prouenit. Matureſcit. Fœcundo. Orto ſemper fœtus nouos ſufficiēte. Lapathos. De Lapatho et oxylapatho meminit Dioſcorides in ſecūdo. Lubricā fortaſſis Columella dicit quoniā μαλακόν. Dioſcorides appellat qui idem ſcribit inter omnia olera mollificare uentrem. Plinius libro uigeſimo tradit folia lapathi uentrē ſoluere. Non eſt ſimplex lapathū. Eſt aūt ſilueſtre: quod alii oxalidem appellant: noſtri uero rumicem: alii lapanū canterinū. Eſt alterum genus fere oxylapathon uocant. Sunt qui hydrolapathon dicunt i aqua natū. Eſt et aliud hippolapathon maius ſatiuo. Adiecit et ſolon bulapathon. Dicit et lapathium forma diminutionis gręca. Marcellus hęc uerba Varronis citat. Hāc eādē uoluptatē cōſequi lapathio et ptiſana poſſum. Thami. Quid ſi legis thamni. quoniā arbuſtum utrinque foliatum ita uocaſ Homerus: ſub quo delituit nudus Vlyxes repertus a Naſicaa. unde putabat Codrus ſic legi poſſe in Priapęis. Frondēti thamno uix potuiſſe tegi. Nam Suida auctore θαμέες πυκνὸς καὶ θαμειάς καὶ θαμειός. uide ut dēſum appellat et obſcurum thamū. Thamnos proprie uirgultum latine dicitur. Sunt qui putant intelligi de cappari: qui ut uirgultum creſcit pręcipue: ita loquente Pedacio κάππαρις θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης. Puto tamen apud Dioſcoridem uocem generalē eſſe thamnos. Quid ſi legis. Iamq; ammi ex Dioſcoride libro tertio. Ammi inquit Romani Ammium Alexandrinū: alii qui ęthiopicum: aliqui regium cuminum uocant. Aliqui alterius naturę ęthiopicum cuminum dicunt eſſe: et alterius ammi. Vim habet iſtud feruentem: accenſam. bibitur ad tormina cum uino. Si legeres thamni pro uirgultis non eſſet incongruū. quoniam inferius agit de omnibus creſcentibus in altitudinem uirgultorum. tanquā ſignare uellet. egimus de herbis paruis: nunc agamus de altioribus. Barbarus Venetus ampelon melęnon. i. uitem nigram intelligit hoc in loco: quę proprie bryonia uocetur. In frutetis et arundinetis maxime naſcitur. Aiunt ſi quis in uilla eā extruxerit: fugere accipitres: tutaſq; fieri aues uillaticas. Hanc etiam Tamnum ſiue Tamum quidam uocari putant: et uulgo Tamarum: et adducit hunc uerſiculum. Sunt qui Thamnum quoq; ſcribant: non Tamum aut Taunum.

Scila. De cepa ſcila: et aceto ſcilętico ſupra ſatis plura. Scila prima producta pronunciatur ſupra. Et quos ſcila tegit getulis obruta glebis. quare non hic thyrſuto pro habente magnum tyrſum, ſed hirſuto legaſ ut habent antiquiſſimi codices. Sępe nūc. Scribo cepa et. Ac de cepa notiſſima intelligēdum. de thallo cepę et de cepina lege Columellam in duodecimo. Hirſuto. Ruſco. prouenit ſcila et cepa cū hirſuto ruſco. Alio nomine Dioſcorides in quarto ait μυρσίνην ἀγρίαν appellari hoc ē myrtum ſilueſtrem: alii myrtacantham: alii hieromyrthum: alii oxymyrſinen: alii myacantham: alii ſciacū: alii minthen: alii catangelon: alii anangelon: alii chamępityn: Boetii gereniam: prophetę Herculis ſemen: Romani ruſcum. aculeatis foliis eſt. lege Pliniū et Pompeium: in integris codicibus ſic tradētē. Ruſcum eſt ut ait Verrius amplius paulo herba et exilius uirgultis fruticibuſq;: non diſſimile iunco: cuius coloris rebus uti mulieres ſolitę. Cato ruſcia facie dixit pro imitāte eū colorē. Ruſcus alio nomine Bruſcus dicitur hāc et Acoron Plinius. ſed Dioſcorides Acęton uocari ſcribit ſcio fructū huius cubebas mauricę uocatas credi. Galenus certe id quod Cubebas medici appellant: ipſe Carpeſiū uocauit. Carpeſium liberat calculo laborantes. Si ore contineatur claram uocem facere pronunciantibus prędicant quoq; maiorem in coitu uoluptatem ſentiri ab his: qui habeant id in ore. Eſt et Carpaſium lini genus: quod ut Pauſanias ait: ſolum ex omnibus igni nō corrumpitur. Corruda. Scribe corruda: et refer ad aſparagum agreſtem: quem gręci uocant horminium. Si plura deſideras Dioſcoridem lege. Plinius lib. undeuigeſimo. Indicauimus corrudā: hunc intelligimus ſilueſtrē aſparagum: quem gręci horminum aut myacanthon uocant: aliiſue nominibus. Inuenio naſci et arietis cornibus tuſis atq; defoſſis. Simillima filo aſparagi. Tenuitate caulis ſimilis aſparago altili. Andrachne. Dioſcorides in ſecundo tradit andrachnem ἀγρίαν hoc eſt ſilueſtrem a nonnullis ἀείζωον appellatam hoc eſt ſemperuiuam: ab aliis telephion: a Romanis illecebram et portulacā: ab Aphris mimuim: a Dacis lax: ab Aegyptiis mochmutim. habet ipſa lata folia. naſcit in petroſis. naſcitur et in ortis. δύναμιν ἔχει θερμαντικήν. hoc ē uim hēt feruētē iter andrachnen et adrachnē differētiā alibi dicem.

Humida ſucculenta: ſucci plena. Sitientes. Steriles: petroſos naſcitur enim in locis non abūdātibus ſucco. Protegit: obumbrat lato ſcapo. Antes. extremos ordines uinearum ſic interpretatur Seruius in expoſitione illius maroniani carminis. Iam canit extremos effœtus uinitor antes.

Lóga phaſelus. Phaſiolus oblógus uile legumen. unde ait Maro. Vileq́ phaſelū. Grauis atriplici. Plinius libro uigeſimo. Atriplex et ſilueſtre eſt et ſatiuū accuſatum a Pythagora tanq̃ faceret hydropicos morboſq́ regios et pallorem. Coquit̃ difficillime. Ac ne in ortis quidé iuxta id naſci quicquā niſi lāguidum culpauit. Addidere Dionyſius et Diocles plurimos gigni ex eo morbos: nec niſi mutata ſępius aqua coquēdum. Stomacho contrarium eſſe. Lentigines et papulas gignere. Silueſtri capillos cingunt. ἀτράφαξις gręce dicit̃ alii χρυσολάχανον. Romani atriplicem. Autor Dioſcorides in ſecundo. Atriplex herba grauis et reliquas herbas langueſcere faciens prope ſe naſcētes: et tamē peculiariter nocet phaſelus: nec eſt mirū cum atriplex omnibus fere graue ſit: phaſiolū habere antipathiā atriplici contrariam. quoniā natura nihil uoluit eſſe ſine pari. Atriplexum ueteres non atriplicē uocaſſe perhibent: a gręco nomine potius q̃ ab atrore ut arbitror.

Et grauis atriplici conſurgit longa phaſelus,
Tum modo dependens ricini modo more cylindri
Sole ſub æſtiuo gelidas per graminis umbras
Intortus cucumis, prægnanſq́ cucurbita ſerpit
Vna neq́ eſt illis facies, nam ſi tibi cordi
Longior eſt, gracili capitis quæ uertice pendet,
Et tenui collo ſemen lege ſiue globoſi
Corporis, atq́ utero nimium quæ uaſta tumeſcit

Hippocrates et Adraphaxin appellat. poſt Atraphaxin dixere. Atticis. D. literā in T. mutare amantibus ut facit Ariſtoteles qui entelechiam p̃ endelechiā uſurpauit: ut Lucianus auctor eſt. Quibus porro atriplex idē uidet̃ eē cū eo genere q̄d ſpinacia uulgo dicim᷒: et gręci recētiores ſpanachia: hoc Barbar᷒ nři ī Pedaciū. Tū modo. Loquit̃ de cucumere generatim tradēs ex illis uideri nōnullos ſimilitudine referentes ricinū. Modo hic ponit̃ pro aliquando. Dependens. Reponit. n. brachia cucumerū in editiora uirgulta ſiue pergulas illincq́ depēdent. quare a Poeta dictum eſt. Et pendet iunco cęruleus cucumis. Ricini. Subintellige more et ſimilitudine: q̄d ricinū repręſentat. Scribit Dioſcorides libro quarto. Cici uel croton. alii ſeſamon ſilueſtre. alii ſeſeli Cyprium: alii Crotona: ęgiptii ſyſtamnar: alii trixini propherę ſanguinē Pyreti: Romani ricinum a ſimilitudine animalis fœdi: alii lupa. Folia habent ſimilia platano. agit per uentrē phlegma: bilemq́ et aquā. Eſt et ricinus diuerſo ab hoc ſignificatu nomine pari muſca canina. Cur dixerit Columella more ricini et cylindri docebit Dioſcorides crotona dictum teſtatus διὰ τὴν ὡς πρὸς τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος: δένδρον δ' ἐστὶ συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον. i. Crotonem et Ricinū a ſimilitudine animalis fœdi cū ſemine huius arboris appellat. Aliqui prodiderūt ricinū uirgultū appellari helioſcopiū. Certe mihi Lithanicus Geſilardus eruditiſſimus patritiorū. ſed q̃ malliti more Arundis teſſe q̃ uiderit ex helioſcopio ſemen attulit oblōgulū et cylindraceū mirifice uerbis Moderati cōgruēs. Sed quomodocūq́ ſumat̃ aliq̄d teres intelligi debet in hoc loco. Potes hic ricinū mora oblonga ante q̃ matureſcāt intelligere uel certe iulos cōpactiles: et teretes: cui interpretationi fidē faciūt hęc Pliniana uerba libro. xxiii. Mora germinatione priuſq̃ in folia exeāt ſiniſtra decerpi iubent̃ futura poma. rhicinos gręci uocāt. Modo. aliquādo. Cylindri. Lapidis teretis et oblongi. Virgilius. Area tū primū ingēti eſt ęquāda cylindro. Figura cylindracea inde uocata: quę a noſtris teres. Sole ſub ęſtiuo. Cū ardores ęſtiui ualde intepēt. Graminis. Per herbā ſerpit cucumis et creſcit. Repere dicit̃ et ſerpere unde anguinus dictus. Intortus. Inflexo corpore. nā proprie tales: qui tortuoſi ſunt repūt. Cucumis. Et hoc cucumer dicitur: unde cucumerariū. Hic intelligit de cucumi qui dicitur anguinus quoniā repit ſenſim qua de ratione a multis dicit̃ erraticus. Eſt et cucumis ſilueſter: ex quo fit medicamētū elateriū nūcupatū. Eſt et ſatiu᷒ cucumis. Cucumin a curuitate Varro deflectit. gręce ſycis et ſycios. et ſicydion a Phrynicho poeta. Cucumeraria ſycelata. Demetrius cucumeres uenerē ſollicitare ſcribit. alii negāt. Prouerbio gręci mulieres texentes inuitāt ut cucumim manducēt quoniā Ariſtoteli placet eū plurimū textrices in Venerē pręrabide ruere. Sunt citrini cucumeres: uulgo a colore citreoli. Eſt et anguinus qui ſilueſtris multo infra magnitudinē ſatiui. Erraticus et angueus Columella appellatus. Cucumin ſcorpioniū uocāt a ſpecie ſcorpionis cauda reflexa. Pręgnās. Vel uētrioſa uel ſeminoſa. Vna facies. Nō ſūt unimodę et unius ſimilitudinis cucurbitę. Illis. cucurbitis. Cordi. Subintellige eſt. hoc ē ſi placet tibi. Longior. Oblonga cucurbita. Gracili uertice. Collo gracilēto et longiore. Tenui collo. Tē αὐτό. Semen lege. Eligēda ſunt ſemina uaria ut narient̃ facies et ſimilitudines cucurbitarū. lege poſuiū pro ſelige. Columella libro. xii. De media parte cucurbitę ſemen in uerſo cacumine poſito ut fiat incremēti uaſtioris. Nā ſunt ad uſum uaſorū ſatis idoneę: ſicus Alexādrinę cucurbitę cū exaruerint. At ſi eſculentę merci pręparabis recto cacumine de collo cucurbitę ſerendum erit q̄d prolixior et tenuior fructus eius naſcatur: qui ſcilicet Maius cęteris inuenit pretium. Globoſi. Rotundi ſi uolueris eligere rotundas cucurbitas de media parte ſunt eligēdę. Vaſta. Vētrioſa: et nimiū protuberās et tumeſcēs.

Leges. Eliges. ſubintellige ſemina: quę ſunt i medio uētre. Si uolueris tumidas eligēs illas: quę ſūt in medio uētre. Nariciç picis. Locrēſis. a populis Naricia dicitur. uox uirgiliana. quāuis apud Plinium Nericii potius legatur ꝗ narici. Senſus eſt. ex cucurbita fiunt uaſa ad ferēdā picē. uel intelligit qđ picari poterit ad cuſtodiēda uina uicē pręſtās picatorū uaſorū. Actęi mellis. Attici mellis: quod thymoſiſſimū eſt in hymeto monte: nūc hoc innuit Columella qđ fiēt ex cucurbitis opſonia ſi ſemen

Ventre leges medio, ſobolem dabit illa capacem
Naricię picis, aut actęi mellis hymetti.
Aut habilem lymphis hamulam, Baccho ue lagenam,
Tum pueros eadem fluuiis innare docebit.
Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo,
Hirtus et ut coluber nodoſo gramine tectus
Ventre cubat flexo ſemper collectus in orbem,
Noxius exacuit morbos ęſtatis iniquę.
Fœtidus hic ſucco pingui quoq; ſemina fartus.
At qui ſub trichila manantem repit ad undam,

pręparabis: quę erūt gāncata miſto melle. uel expone. qđ bene mulſū illis cucurbitis credatᷣ: quod fit ex melle. Plinius libro undeuigeſimo. Nuper i balneorum uſum uenere urceorū uice. Iampridem et cadorum ad uina condenda.

Sobolē. Ex ea naſcetᷣ cucurbita capax utēſiliū. Habilē lymphis. Vrceū aquarium. Hamulā. Hac dictione utitᷣ Apitius pro aquario uaſe. ſic œnophoꝛ: hodie Mediolanēſes uulgo nūcupāt uas ſcilicet uitreum lato fundo uētrioſum faſtigato collo. Baccho. ad uinum ſeruandū. Lagenā. Vinarium uas eſt. Lagūcula per diminutionem uel auctore Cecilio Plinio libro primo epiſtolarum. Proinde cum uenabere licebit auctore me ut panarium et lagunculā ſic etiam pugillares feras. Satyrus. Pugna ſagūtina feruet cōmiſſa lagena. Eadem. Cucurbita uētrioſa. Pueros. Expertes natationis. qui aliquo egēt adminiculo. Innare. in aqua nare hoc eſt natare. Crate quidā utebantᷣ humeris ſuperinducta ad natādum. Plautus in Aulularia. Pueris ſirpea inducitur ratis: qui nare diſcant ut toleret ne peſſum eat. Oratius. nabis ſine cortice. Idem pręſtabat cucurbita: quod crates ſirpea. Hodie Bononienſes mallūt ſeſſilē cucurbitam ꝗ cratem ſirpaceā. Liuidus. Ceruleus. Virgilius. Et pendet nodo cęruleus cucumis. Cucumerum gręci tria genera fecere. Laconicū: ſcytalicum: boeticum: ex his tantum laconicum aqua gaudere. Grauida aluo. immodica plena: profuſā in uentrem. Plinius. in italia uirides et ꝗ minimi. in prouinciis ꝗ maximi et citrini et nigri. Placēt copioſiſſimi africę ac grandiſſimi. Aſt cū magnitudinē exceſſere pepones uocantur. Vt Coluber. Qui creſcit humi tectus herbis ut in herba latere ſolent angues. Nodoſo herba dura et radicoſa quale eſſe ſolet gramē herba quę uix unꝗ extirpari poteſt. Cubat. Iacet humi. Ventre flexo. Incuruo. Collectus in orbem. Orbiculatus et redactus in ſpiras: unde anguinum dicitūr. Noxius. Hūc ait eſſe noxiū: et bonę ualetudini diſconducere. Exacuit. Irritat et auget. Plinius. Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterū diē: nec perfici queunt. in cibis nō inſalubres. tamen plurimū natāt. Iniquę ſiniſtrę et improſperę bonę ualetudini. Fœtidus ſucco. Habet ſuccū fœdū et illiberalis odoris. Obiter retūdēda e quorūdā grāmaticulorū audacia: qui fetidū prima correpta pronūtiāt: fulti autoritate: ut ipſi putant Ouidi in ibim. Qui ſimul impure matris prolapſus ab aluo Cyniphiam fetido corpore preſſit humum: cum illic fœdo legi conueniat. Fartus. Plenus. At qui. Senſus eſt. Cucumis ille: qui aletur aqua ſucco erit ſuauiſſimo et corpore lacteo: quod fieri cura docet Columella ſi ſemina anteꝗ ſerantᷣ lacte macerentur. Subtrichila. Seiūctim legendū ſub trichila. et trichilas interpretare uaſa habētia tria labra: ut naſorum quatuor uas apud Satyrū. De trichilis meminit Cęſar in cōmentario tertio belli Pompeiani: quis quidā referant ad thericlia falſo: qui Columellā nō uiderūt: cui opinioni ſyllaba repognaret ſi hic uerſus i thericlā uertēdus foret. pręterea repugnat ſentētię. nō enim monet Columella uaſa ex terebinto pręcioſiſſima uidelicet qualia tornabat Thericles: Sed lata et capacia: ut ſunt figulina uel lignea artificii nō ita exquiſiti. Sub trichila manantē. Cōiūge ſub cū manantē: et expone ad undam: quę ſub trichila uaſe ſuppoſito cucumeri manat. Nā autore eodē Columella cucumis et cucurbita cū copia ē aquę: minorē curā deſiderāt nā iuuātur humore. Ad undā. Sequitᷣ. n. aquā: oleū odit. Labētē ſequēs. Cucumis aquā. Plinius. Oleū odere mire: nec minus aquas diligūt. Deſecti quoq; ad eas modice diſtātes adrepūt. Cōtra oleū refugiunt. Aut ſi qđ obſtet uel ſi pendeat curuantᷣ. Idq; uel una nocte deprehēditᷣ. Si uas cū aqua ſubiciatᷣ a quatuor digitorū interuallo deſcēdētibus ante poſterū diē. Succo. pp ſuccū. Nā cum cucumeris ſuccus ſit acidus et domari ſtomacho nō ualeat: reddit p acidos ructus et fetido. Cū igitᷣ inquit liuidus at cucumis: intelligit de Africano maximo: Cū ſubdit. Hirtus et ut Coluber: intelligit de anguineo: ſiue laconico. Cū ait Luteus. intelligit de citrino. Ne quē uerō teneat admiratio de cucumeribus: quis melonū uulgo nomen ē: nō meminiſſe: ſciat illo euo uel nō fuiſſe uel incellebres fuiſſe. Hoc colligo ex

Labentemq; ſequens nimio tenuatur amore
Candidus, effoetæ tremebundior ubere porcæ,
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato
Dulcis erit, riguoq; madeſcet luteus aruo,
Et feret auxilium quondam mortalibus ægris.
Quom canis erigones flagrans hyperionis æſtu
Arboreos aperit foetus, cumulataq; moris
Candida ſanguineo manat fiſcella cruore.
Tunc precox bifera deſcendit ab arbore ficus.
Armeniiſq; et cereolis pruniſq; damaſci
Stipantur calathi, et pomis, quæ barbara perſis

his Plini uerbis libro undeuigeſimo. Ecce cũ maxime noua forma corũ in Campania prouenit mali cotonei effigie. Forte ita primo natũ audio unũ. Mox ſemine ex illo genus factũ: melopeponas uocãt. nõ pendẽt hi: ſed humi rotundant. Mirũ in his pręter figurã colorẽq; et odorẽ qđ maturitatẽ adepti q̃q̃ non pendẽtes ſtatim a pediculo recedunt. Amore. Erga aquam: quam nimis amat cucumis. Ter/nuatur. Gracileſcit ſequendo illã. Candidus. Intus fit niueus. Effoetę porcę. Suis quę peperit: cuius papillę ſunt lactẽtes. Vbe/re. Ex quo fit ſumen. Treme/bũdior. Pinguior et magis lacte/ſcens ut tactus intremat intelligo qđ cucumis fit lacteus pene: et opimior ſi nutritur prope aquam.

Mollior. Sẽſus eſt. ſi cucumis alatur propter labentem aquam fit tenerior et imitatur lac coagu/latum. Modo gelato. Com/modum ideſt actutum coagulato. Infuſo calathis. Infuſo fiſcellis et iunceis metis ubi lac coagulabatur. metas has lacteas uocamus hodie iuncatas. quoniã iuncis lac circundabatˀ. Tibullus. Tũ fiſcella leui detexta eſt uimine iũci: Raraq; per nexus eſt uia facta ſero. Dulcis. Subintellige et. erit lacte mol/lior et dulcior. Poſitiuũ pro cõparatiuo poſitũ. Riguo. Humecto et aquoſo: qui poſſit irrigari. Madeſcit. ſcribo madeſcet. quoniã ſequitˀ feret. Luteus. Hic intelligit de cucumere citrino. Quondã. Spectat futurũ tẽpus ut olim. Aegris. Aeſtu nimio mortalibus affectis auxiliatˀ. Cũ canis. Cõiungendum eſt ſuperioribus hoc ſenſu. feret auxilium mortalibus ęgris cucumis cum feruet ardor ſirius. Nam cum ardores caniculares exurunt cucumis refrigerat maxime in cibo et emollit aluum. Vel intelligit Columella cucumim ſanare canis morſus cum uino: qui rabioſi maxime fiunt in diebus canicularibus ſeuiores. Sed in uerſu inferiori nõ cũ. ſed tum legẽdum eſſet. Origones. Scribe Erigones filia fuit Icari: ſuſpendio uitam finiuit: cuius canis in ſidus tranſlatus ſyriaſin infert ſolaribus radiis accenſus. Flagrans. Ardens canis occaſu heliaco hoc eſt cum oritur cum ſole canicula. Hyperionis. Solis pater pro Sole tamẽ capi ſolet Suidas. ὑπερίονα. τὸν ἥλιον. ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνατέλλοντα. καὶ ὑπεριονίδης ὁ αὐτός. Hoc ẽ. Hyperiona. Solẽ. ſupra nos oriẽtẽ: et Hyperionides idẽ ſubintellige dicitˀ. Videtˀ ſentire Solẽ dictũ eſſe Hyperiona quoniã ὑπὲρ ἡμᾶς hoc eſt ſupra nos emergit. Cętera quę de Hyperione dici poſſent uulgatiora ſunt q̃ egeãt repetitione. Arbores. Scri/bendũ arboreos. nõ ſolũ hyetare cogit fructus canicula. ſed infantes ſtatuas ut ait Oratius. Cumu/lata. Plena: et onuſta. uidetˀ tempus caniculare deſcribere quãdo circũferuntˀ mora uenalia: quę obſtare ſolẽt ardorib' Syrii canis: quod obſeruatˀ hodie Mediolani: ubi uenalia mora circũferuntˀ i fiſcellis.

Candida. Ex iuncis candẽtibus cõtexta: fecit antitheton. Manat. Abũdat. Sanguineo. Mori nanq; ſuccus ſanguinẽ fuſum imitatur. Fiſcella. Vas uimineũ moris onuſtum: a fiſco dicta hoc eſt iunco. Maro. Dum ſedet: et gracili fiſcellã texit hibiſco. Precox ficus. Quę ante alias coquitur hoc eſt matureſcit. gręci has βουσύκους appellant, nos mariſcas. Vulgo qđ ęgypto ueniũt pharsones di/cuntur. tamen paulopoſt de mariſcis loquitˀ fortaſſis in particulari: hic uniuerſitatẽ attendit: uel Rho/diam et Tiburtinam ficũ intellige: quas Plinius lib. xv. nat. hiſt. ait eſſe de precocibus. Bifera. Bis ſingulo anno ferente fructus. Armeniis. Armeniacis uenientibus ex Armenia enumerantur inter pruna a Plinio libro. xv. ſic ſcribente. Nec non ab externa gente armeniaca: quę ſola et odore cõmẽ/dantur armenia et armeniaca dicuntur: a latinis autore Dioſcoride precocia: peregrina et hęc eſſe no/mine ipſo cognoſcitˀ. Sola e prunis odore cõmẽdantur. armeniaca uocari deſita: et precocia ſiue pręcoqua tantũ dici teſtis eſt Galenus. Palladio pręcoqua differunt ab Armeniis. gręci nõ precocia: ſed be/rioccia fere pronunciant: cui nõ longe abſimilis eſt etruſca lingua: ſi tamen eadẽ ſunt. Cereolis. Diminutiuũ a Cereo. intelligit cerea pruna: de quibus Virgilius. Addam cerea pruna: et honos erit huic quoq; pomo. Plinius. Sũt nigra et laudatiora cerina atq; purpurea. Prunis damaſci. Damaſcenis prunis: quę nemo non nouit. Hęc ſoluere uentrẽ feruntˀ uel Martiali autore. Pruna peregrinę carie ru/goſa ſenectę Sume: ſolent duri ſoluere uẽtris onus. Stipantur. Denſantˀ: implentˀ. Magna ſtipã/te caterua apud Maronẽ. Et pomis. Omnes arborei foetus poma dicuntˀ. Barbara perſis. Terra Perſarum. Intelligo de perſico: quod pomũ tradiderũt multi apud ęgyptios fuiſſe uenenatum. Plinius

libro. xv. Nã perſicę arbores ſero et cũ difficultate trãſierent ut quę in Rhodo nihil ferant: quod primũ ab ęgypto earũ fuerat hoſpitiũ. Falſum ẽ uenenata cũ cruciatu in perſis gigni: et pœnarũ cauſa a regibus tranſlata et in ęgyptum terra mitigata. Id enim de perſea diligentiores tradũt: quę in totum alia eſt mixis rubeſcentibus ſimilis: nec extra orientẽ naſci uoluit. Eam quoq; eruditiores negauerũt ex perſide propter ſupplicia tranſlatã. ſed a Perſeo memphi ſatã: et ob id Alexandrũ ea coronare uictores ibi inſtituiſſe ĩ honorẽ ataui ſui.

Miſerat, ut fama eſt patriis armata uenenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine lethi.
Ambroſios præbent ſuccos oblita nocendi,
Quinetiam eiuſdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant miteſcere perſica malo,
Tempeſtiua madent, quæ maxima gallia donat
Frigoribus pigro ueniunt aſiatica fœtu.
At grauis arcturi ſub ſidere parturit arbos
Liuia calchidicis et caunis æmula chiis.
Purpureæq; chelidoniæ pingueſq; mariſcæ.
Et calliſtruthiis roſeo quæ ſemine ridet,

Perſis rect° caſus grǽcus formę tertię declinationis latinę. Oratius. Et Cyri regia perſis. Miſerat in ęgyptum et Rhodũ. Patriis armata uenenis. Perſicis munita toxicis. In patria nanq; uenenata fuit: extra patriã utilis et eſcaria. Ac nũc. Scribendũ. aſt nunc. Expoſiti lethi. Mortis: quę antea expoſita fuit et prompta comedentibus perſicũ. Expoſiti expone pręceleris et ſe celertime offerentia. Paruo diſcrimine. Paruo uel nullo periculo. nũc inqt perſicum pomũ ſine periculo uel paruo comeditur. Vt fama eſt. Nouerat hoc eſſe falſum. tamen uulgo iactari ſolitũ. Ambroſios. ſuaues et eſcarios. Oblita nocendi. Depoſuerũt uim uenenatã. Exuerunt omne patriũ uirus. Eiuſdem gentis. Perſidis. Perſica. Scribo pręcoqua. ex perſicis eſſe quędã minora: quę prę cęteris maturantur omnibus cõſtat: de quibus ſic meminit Epigrãmaticus Poeta. Vilia maternis fueramus pręcoqua ramis Nũc in adoptiuis perſica cara ſumus. congruit huic interpretationi Columella cũ inquit properãt miteſcere ideſt matureſcere. Exiguo malo. Paruo et degeneri pomo hoc eſt fructu. Tempeſtiua. Quę mature ueniũt. Plinius in. xv. ſed perſicorũ palma duracinis. Nationũ habẽt cognomẽ gallica et aſiatica. Poſt autumnum matureſcũt: ęſtate precocia. intra. xxx. annos reperta: et primo denariis ſingula uenundata. Supernatia a ſabinis ueniũt. popularia undiq;. pomum innocuum expetitur ęgris. Madent. Succoſa ſunt et humectant palatũ. Gallia. Gallica nãq; dicuntur. Maxima. Non referaẽ ad galliã. ſed ad perſica: quę maiora popularibus mittit Gallia: quoniã prępoſuit exiguo malo. Frigoribus in Autunno. Pigro fœtu. Serotino. non enim ſunt precocia hęc. ſed ſero cũ autunno matureſcũt. Veniũt. Matura fiũt. Aſiatica. Perſica ab aſia ubi generoſe proueniunt appellata. Plinius. Nationum habent cognomen Gallica et aſiatica. Grauis. grauida: et onuſta. nunc de ficu loquitur. Arcturi ſub ſidere. Exoriente ſtella arcturo. Arcturus occidit autore Plinio libro duodeuigeſimo: tertio iduũ Auguſti. Idem tradit pridie Idus Septembris oriri medis arcturũ uehementiſſimo ſignificatu terra mariq; per dies quinq;. Linia. Scribo liuia. Plinius. Sũt et auctorum nomina his. Liuię Pompeię ſiccatę hę ſole in annuos uſus aptiſſimę cũ mariſcia. Chalcidicia. Quę liũia eſt ęmula pręſtantia chalcidicis: caunis et chiis. Plinius. Ad nos ex aliis tranſiere gentibus chalcidicę. Paulo infra. ex chalcidia quarũdam trifero prouentu. Tarenti tãtũ pręduloes naſcuntur: quas uocant onas. Caunis. Ficubus ita nũcupatis: quę inauſpicatę fuere craſſo mouẽti in Parthos. καύνιος ἔρως prouerbialiter grǽce dicebaẽ. Hoc ẽ caunius amor in amorẽ peſtilẽtẽ et fœdũ: et infelix. quoniã Caunius et byblos fratres infelicitate preſſi ſunt. Sed a cauno loco dictę ficus. Cicero libro ſecũdo diuinationũ. Cũ. M. Craſſus exercitũ Brundiſii imponeret: quidã in portu caricas cauno aduectas uẽdens cauneas clamitabat. Dicamus ſi placet monitũ ab eo Craſſum caueret ne iret: non fuiſſe periturum. Eſt. n. inſula Ionũ caunus: ad quã appellẽs Stratonicus citharedus: dixit illic mortuos ambulare: et homines ex uerſu Homerico: foliis eſſe ſimiles. Stephanus ciuitatẽ carię caunũ dicit: cętera et de Stratonico: amoreq; Cannio ut reliqui. Caunis. Hic per ſyncopã uſurpatũ pro caunitis. Chiia. Martialis. Nã mihi quę nouit pũgere: chia ſapit. Alibi. Chia ſent ſimilis Baccho: quã ſetia miſit: Ipſa merũ ſecũ portat: et ipſa ſalẽ. Chelidonię. Plinius. Cõtra nouiſſima ſub hyeme maturaẽ chelidonia: a diſceſſu hirũdinũ ut puto dicta. nos uulgo eleazaras dicim°. Mariſcę. Carnoſę et tumidę. ſũt ficus maiores: quas grǽci buſicos appellant. Calliſtruthiis. Subintellige ęmula. has paſſarias quidã uocãt a paſſeribus nomen trahẽtes. Capitolinus in uita Clodii Albini. Quingẽtas ficus paſſarias: quas grǽci calliſtruthias uocãt ieiunũ comediſſe. στρουθίον. n. grǽci paſſerã dicũt. de qbus et Plinius meminit libro. xv. Roſeo quę ſemine ridet. Ordo. ficus: quę intus ridet hoc ẽ purpurat ſemine. i. interiori

bus roſeis hoc ė purpureis ė ęmula calliſtruthiis: et autũno de porphyriti ficu intelligere: quę rubet unde ſortita nomẽ. de qua Plinius lib. quinto et decimo. Albaq̧ quę ſeruat flauę cognomina cerę. eſt et ficus his ęmula: quę cãdori miſta ė et flauo colori molli et cęreo: uocatq̧ albicerata: de q̃ ſic Plini'. Eſt et herculanea et albicerata et aracia alba: pediculo minimo latiſſima. Libyſca. Poſſes libyſſa ſcribere. Silius. Ille etiam proſtratus humi: turmęq̧ libyſſę: intelligit de ficu africana de qua ſic Plinius. Sed a Catone appellata iãtum africana admonet et Africę ad igens documentũ uſo eo pomo. Nãq̧ pernicali odio Carthaginis flagrãs: nepotũq̧ ſecuritatis anxius: cum clamaret in omni ſenatu Carthaginem delendã: attulit quodã die in curia precocẽ ex ea prouincia ficum. Oſtẽdẽſq̧ patribus: Interrogo uos inquit quãdo hoc pomũ demptũ putatis ex arbore? Cum inter omnes recens eſſe conſtaret. At qui tertium inquit ante diem ſcitote decerptum Carthagine: tã prope a muris habemus hoſtem. Statimq̧ ſumptum eſt tertiũ punicum bellum: quo Carthago deleta eſt.

Albaq̧, quæ ſeruat flauæ cognomina ceræ.
Sciſſa libyſca ſimul picto quoq̧ lydia tergo.
Quin et tardipedi ſacris tam rite ſolutis,
Nube noua ſeritur cœli pendentibus undis
Congilis, illuſtri mittit quam nurſia campo.
Quæq̧ amiterninis defertur bunias aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius uuis
Enius, excultoſq̧ iubet claudamus ut ortos.
Claudimus, imperioq̧ tuo paremus agreſtes.
Ac metimus læti tua munera dulcis Iacche.

Picto Lydia tergo. Variato rubicundo. Lydias Plinius tradit fuiſſe purpureas. Quin. Pręterea. tranſit ad ſationem raporum: quam fieri ſtato poſt tempore tradit a uulcanalibus. Sacris ſolutis. cũ celebraueris uulcanalia. Quę fuerũt in fine Auguſti celebrata a Romanis. Plinius autore Cecilio a uulcanalibꝫ elucubrare icipiebat. Tardipedi. Vulcano claudo: et cõſequẽter tarde mouẽti pedẽ. quoniã ignis lambẽdo ſurgit coruſco qdẽ uertice ſed tremulo. Nube noua. cũ iminẽt pluuię. Plinius. Rapam latiorem fieri ſi palea ſeminetur. Serere nudũ uolunt: precãtẽ ſibi et uicinis ſerere ſe. Satus utriq̧ generi iuſtus inter duorũ numinũ dies feſtos Neptũni atq̧ Vulcani. Ferũtq̧ ſubtili obſeruatione quota luna procedente hyeme nebulis gaudent. Pendentibus. Procliuibus: inſtantibus: imminẽtibus. Congilis. Rapã intelligit. Verba Dioſcoridis libro ſecũdo ſunt hęc. γογγύλη ἡ μέρος. οἱ δὲ γογγυλίδα οἱ δὲ γέλλασιεν. ῥωμαῖοι ῥάπα. Illuſtri campo. Illuſtrato radiis ſolaribus et aprico. Nurſia. Nurſinę rapę ſummopere laudabantur. Martialis. Nurſinas poteris parcius eſſe pilas. Amiturninis. Scribe amiterninis. opidũ in ueſtinis qui ad Lyrin uſq̧ ad Sueſſam pertinẽt. Scribit Liuius. P. Corneliũ alterũ de conſulibus amiternũ cępiſſe. Qui amiternũ dicunt eſſe Forconium uel Aquilã ciuitatẽ errant. quis non longe diſtẽt. Ex ruinis Forconii a Longobardis eruti: emicuit Aquila ciuitas: inſtauratoribus illius auſpiciũ Aquilę ſecutis. Vel ſitu loci ad imperandũ apto: ut Aquila cęteris dominat' auibus. rapas amiterninas ſtercorato ſolo gaudẽt: inquit Plinius. Martialis. Nos amiternus ager felicibus educat ortis. Defertur. In urbẽ fertur. Bunias. Non a Bunio fonte ut inepte interpres. ſed ſignificat napũ ex his Dioſcoridis uerbis in ſecundo. βουνίας καὶ ταύτη ἡ ῥίζα ἑφθῆ. φυσώδης ἐστί. Hoc eſt rapi eius quã buniada appellãt radix elixa inflatiões cõmittit: cibo minus alibilis q̃ rapiciũ: ſeminis pręclari cõtra uenena. Plinius libro. xx. Naporũ duas differẽtias: et in medicina gręci ſeruãt: angulois foliorum caulibus florentes: quod bunion uocãt purgationibus fœminarum et ueſicę. Euchius. Legẽdũ Enius. cognomen ė Bacchi. Anxius. Sollicitus pro parandis utenſilibus uuarum: et muſto premendo. Claudamus ortos. Finiamus tractatũ de ortis et ad uuarũ diſcriptionẽ diuertamus. Claudimus. Facimus qd̃ Bacchus imperat ortos abſoluimus. Tuo. O Bacche. Paremus. Obedimus nos O agricolę. Metimus tua munera. Vuarum uindemiã facimus: quę nuę mortalibus dono datę ſunt a Baccho. Iacche. Cognomen Bacchi. A ſtrepitu miſtico ut nõnulli ſentiunt. Lege. Suidã. Dulcis. Pater gaudii Bacchus eſt et lętitię. Oratius Natis in uſũ lętitię ſcyphis. Satyros. Qui ſunt petulantes: et in Venerẽ prona iuuẽtus: aſſeclę Bacchi. quoniã ex uino petulantia naſcitur. Satyri ſeniores autore Pauſania ſileni appellant: cuius ſentẽtiã ſubieci. Equidẽ de ſatyris cũ aliquid amplius ſcire cuperẽ: quã alii tradiderũt: unius huius rei cauſam cũ multis locutus ſum. Euphemus tãdẽ uir nõ ignobilis hęc mihi recẽſuit: qd̃ cũ in Italiã nauigaret uẽtorũ impetu de curſu deiectũ et i exteriorẽ oceanũ quo nõdũ aliquis nauigauit delatũ. Ibi eẽ inſulas multas deſertas: quę ab omnibus agreſtibus incolunt': aliis ut aiebat inſulis nautę appellere nolebãt: quoniam antea in eas appulſi incolas experti eſſent. ſed tũc et pręter eorũ uoluntatẽ uentis eo adacti ſunt. Inſulę a nautis ſatyrorũ appellantur. Incolę ſunt corpore caudas in imo dorſo habentes non multo equidem minores. hi cum primum eorum aduentum ſenſiſſent e ueſtigio nulla edita uoce occurrerũt; ac mulieribus: quę in naui erant manus iniecere. Demũ nautę trepidi mulierẽ barbarã in inſu/

lá dimiſeruntːin quam ſatyri non tantum qua mos eſt.ſed omni corporis parte libidiné exercuerunt.

Panas. Semicapros:quos deos decepta gẽtilitas erroribus coluit. Biformes.a capite ad cinctũ for/mam humaná habent:a ciugulo ad uolas pedũ caprę:quorum imaginem Mediolani uidi in ęde diui Ambroſi. Iactantes. Quatientes:mouẽtes nos:hoc eſt tripudiantes.ná inter ſaltandũ brachia mo/uebátur. Ouid. Si uox eſt canta: Si mollia brachia ſalta. Marcẽtia. Uinũ enim neruos omnes ſol/uit.

Inter laſciuos ſatyros, panaſq; biformes,
Brachia iactantes uetulo marcentia uino.
Et te Mænalium te Bacchum teq; Lyeum:
Læneumq; patrem canimus, ſub tecta uocantes
Ferueat ut lacus ac muſto completa falerno,
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus agrorum cultus Siluine docebam
Siderei uatis referens præcepta Maronis.
Qui primis ueteres auſus recludere fontis
Aſcræum cecinit Romana per oppida carmen.

Męnaliũ.nõ a męnalo mõ/te.ſed q̃d μανιάν hoc é furoré in cunt:uel q̃d męnadas agit. Lyeũ: quoniá ſoluit curas. Lęneum. ἀπὸ τῶν ληνῶν hoc eſt torcularibus. Patrem. Cognomẽtum bacchi. Tibullus. Da mihi pacato uela ſecunda pater. Sub tecta. Introducẽtes te in domũ noſtram ut omnia obtutu tuo felicites. Lacus. Vas capacius ad excipiendũ muſtũ iuxta illud. Et inſoliti dent noua muſta lacus.hęc dictio eſt in priapęis. Completa.plena do/lia. Exundẽt ſuperuagent᷑ et redũdẽt. Spumantia. Spumat enim uua dum calcat᷑. Maro:ſpumat plenis uindemia labris. Muſto.ui/no recẽti. Muſtũ nõ ſolum uinũ.ſed quodcũq; recẽs dicit᷑ hinc laberius. Virgo ſi muſta eſt. Martialis. Muſteus eſt propera.charos nec differ amicos. Nam mihi cũ uetulo ſit petaſone nihil. Hactenus. perorano.hucuſq; inquit de ortis exequtus ſum Virgiliũ ſecutus. Cultus. Culturas et pręcepta quibus coli debeát. Docebã.quoniá Virgilius canebá dixit:et alludũt mea quidẽ ſentẽtia ad illud apellis exemplum:qui pendenti:ut ait Plinius:titulo inſcripſerat ſuas picturas:utupereſſet artifici regreſſus ad ueniá ſi forte aliquid in his deſideraret:quod omiſſum putaretur morte pręoccupante. Inſcribebat enim ſic: Apelles faciebat. Referẽs. Ego Iunius Colomella. Pręcepta.nam in tota agricultura maxime Virgilium ſectatur hic autor:et imitádum ſibi propouit. Siderei.excelſi:ſublimis:ęthereiſidera cycnęo carmine peruagãtis. Qui.Maro. Recludere. Aperire. Fõtis. Pro fontes.originem dedit apud Romanos poemati de agricultura. Nemo enim ante Maronẽ de agricultura ſcripſerat carmine dũtaxat:proſa facundia multi. Aſcręũ. Heſiodicũ. Heſiodus ante Virgilium ſcripſit: qui fuit de aſcra urbe.ſed illum magno interuallo reliquit Maro: qui ingenue profitetur ſe Heſiodum imitari cũ ait. Aſcręumq; cano Romana per oppida carmen. Per oppida. Per omnem ditionẽ Ro/maná. Vel proprie per Italiã. Nã autore Seruio ad ſitũ Romanũ uſq; ad Venetiá Maronis pręcepta pertinent.quoniam non terrę omnes omnia poſcunt.

FINIS.

REGESTVM.

A iii B iii C iii D iii E ii F ii.

Impreſſum Bononię a Hieronymo de Benedictis Bibliopola et Calcographo Bononienſi. Anno Domini. M. D. X X. Menſe Auguſto. Leone. X. Pont. Max. moderante.

AD .R. BERNARDVM DE RVBEIS PAR/ MENSEM, EPISCOPVM TARVISI NVM, BONONIAE PROLE/ GATVM PIVS CLIENS.

De Mergo in Turris Aſiniorum culmine capto, et eidem. R. Vicelegaro dono dato.

Pinniger aerea Mergus tibi captus in arce
Mittitur, Aonio Vir memorande choro.
Hæſerunt uiſu ſubito Patreſq; Viriq;
Felſinei. Eridanum nare auis illa ſolet,
Quaq; Electra cadunt ſtagnanti excepta Paduſa,
Inq; breues fluitat ſuccina gemma roras.
Radit humum uolucris, uitreis et mergitur undis,
Nec ſolet ætherium carpere mergus iter.
Sic tibi, quem fortuna olim pede preſſit iniquo,
Igniuomi pandet Iulius aſtra poli.
Iulius aduerſi fati moderatus habenas,
Romulea merſum ſiſtet in arce decus.
Enthea ſi quid habent uatum præſagia ueri,
Cinget adoratum punica mitra caput.
Magna quidem fateor, ſolis et debita diuis.
Sed meritis ſunt hæc dona minora tuis.

Ad Eundem mittens Aureum Poculum, cui Barbarū nomen eſt, Eliſer uitæ, defecatum igne iterato, arte Vincētii Captilis Medici ac Phi loſophi Ferrarienſis.

Fata, polumq; Senex paruo concluſit in orbe
Vt conuiua Iouis arte Syracoſius.
Di iunctas ſtupuere faces, errantiaq; aſtra,
Aſtra rati in cæcum procubuiſſe chaos.
Non aliter Clarii genus, Aſclepiq; ſacerdos
Pocula Dædaleo miſcuit orbe Nicon.
Frigida ſecura calidis concordia mente
Ebibe. ab ætherio profluit axe liquor.